I
261075
Incunabel

E-S

Aus

der Bibliothek der k. k.
Theresianischen Akademie
in Wien
angekauft am 17. Februar 1899.

(Erlass des Curatoriums * * * * * *
* * * * * * * * * ddo. 31. Jänner 1899.)

+AM470312207

647. O. 12.
V I 3

II
261075
Incunabel

In christi nomine incipit liber p̄mus sācti ysidori hispalēsis episcopi de summo bono Quod deus summus ⁊ incōmutabilis sit. Primum capitulum.

Summū bonū deus est. Quia incōmutabil' est et corrūpi omnino nō pt. Creatura vero bonū ſ; nō sūmū est q2 mutabilis ē. Et dū sic q̄dē bonū nō tamē eſſe poteſt bonū sūmū. Quid ē dei immortalitas nisi ei9 incōmutabilitas. Nā angeli ⁊ aīe immortales sūt ſ; mutabiles n̄ sūt Ideoq3 sol9 d̄s d̄r incōmutabil'. Nam aīa morit̄ dū deserēte d̄o de bono ī malū mutat̄ sic ⁊ āgel9 ē mutat9 dū deserto d̄o ē laps9. q̄d materiā hab3 vn̄ existat mutabile ē q̄a de informi ad fōmā tn̄ sit. Qd̄ vero n̄ hab3 materiā immutabile ē sic de9 utiq3 ē. Bn̄ ac sbstācialit̄ sūt ista in deo idest incorrupcio immortalitas incōmutabilitas inde ⁊ merito cūcte ꝓponit̄ creature. Op9 nō ɔsiliū apud d̄m credim9 mutari nec variari eū q2 p varia tp̄a diūsa ꝑcipit ſ; manēs idem incōmutabilis ⁊ etern9 q̄d cuiq3 cōgruū ess3 tēpori ab ip̄a eternitate ī ei9 māsit disposicōe ɔsilij. Non vsu nr̄o aliud d̄m putari aliud pulchritudinē ei9 atq3 aliud magnitudinē ip̄i9 sic aliud ē homo aliud pulchritudo ei9 q2 desistente pulchritudine homo man3. Ac p h̄ q̄ ita intelligit d̄m corporeū esse c̄dit dū pulchritudo ⁊ magnitudo dei ip̄e de9 sit Ideo d̄s d̄r simplex siue nō amittēdo q̄d hab3 seu q2 n̄ aliud est ip̄e ⁊ aliud q2 ī ip̄o ē. Inordinate dici seu ɔferri vicij̄s ea q̄ ordinate in d̄o sūt utpote simplicitas q̄ aliqn̄ ꝑ stulticia nō est in deo apud deū vero sūma simplicitas est iuxta hāc regulam ⁊ cetera existimanda sūt. ¶ Qd̄ immensus ⁊ oīpotēs sit de9 ¶ Ca^m scd̄m.

Non ideo celū ⁊ terrā implet d̄s ut ɔtineāt eū ſ; ut ip̄a poci9 cōtineant̄ ab eo. Nec particulā de9 implet oīa ſ; cū sit idem vnus. vbiq3 tamē est totus. Nec ita putādū ē esse in oībꝫ de9 ut vna queq3 res ꝑ magnitudine porcionis sue capiat eū idest maxima maius ⁊ minima min9 dū sit pocius ip̄e tot9 ī oībꝫ siue oīa ī ip̄o. Oīpotēcie diuine maiestas cūcta potestatis sue immensitate ɔcludit nec euadēdi potēciā ei9 q̄s aditū inuenire poterit q2 illa oīa circūquaq3 ɔstringit. Cūcta eīn intra diuini iudicij̄ oīpotēciā

BIBLIOTHECA ... UNIVERSITATIS

coartant̄ ſiue q̄a ꝯtinēda ſūt ut ſalua ſint ſiue q̄a amputād̄a
ſūt · ut pereāt. Nullaten9 ḡ dicimus poſſe effugere deū quēpiā
Qui eīn eū nō habꝫ placatū · nequaq̄ꝫ euadet iratū. Inmēſitas
diuine magnitudis iſta ē ut intelligam9 eū intra oīa · ſꝫ non
incluſū Extra oīa ſꝫ nō excluſū. Et ideo interiorē ut oīa ꝯtineat
ideo exteriorē · ut incircūſcripte magt̄udis ſue inmēſitate oīa
ꝯcludat. Per id ḡ ꝙ exterior ē oñdit̄ eſſe creator · ꝑ id vero q̄d
interior gubernare oīa demōſtrat̄ eſſe at ne ea q̄ creata ſunt
ſine do eſſent · de9 intra oīa ē. Veꝝ ne extra dm eēnt ds ex-
terior ē · ut oīa ꝯcludant̄ ab eo. De ꝯſūmacōe alicui9 facti dr̄
ꝑfecto · ds aūt q̄ nō eſt fact9 · quō ē ꝑfcus. Sed hn̄t ſermonē de
vſu nr̄o ſinuit hūana inopia ſic̄ ⁊ reliq̄ v̄ba · q̄ten9 id q̄d ineffa
bile ē ut cūq dici poſſit · qm̄ de do nichil digne hūanus ſmo
dicit. Dū localis nō ſit de9 · localit tn̄ i ſuis ābulat ſ̄ctis · dū
de loco i loco p̄dicat̄ ab eis. Nam ds q̄ nec loco mouet̄ nec tpe
in ſuis tn̄ ſuis ⁊ tpe ⁊ loco mouet̄ · quociēs ab eiſdē localit p̄-
dicat̄. Dum de do nec ſcdm q̄ntitatē nec ſcdm q̄litatē nec ſcdm
ſitū nec ſcdm habitū aut motū aliq̄d digne dicat̄. Ineſt tn̄ ei
q̄dammō latitudo caritatis q̄ nos ⁊ ab errore colligit ⁊ cōti-
net in veritate Ineſt ei ⁊ longitudo q̄ nos longanimiter malos
portat donec emūdatos patrie future reſtituat. Ineſt ei ⁊ al
titudo ꝑ quā omnē ſenſū ſue ſciencie inmēſitate exuꝑat. Ineſt
ei ⁊ ꝓfundū quo dāpnatos inferius iuxta eq̄tatē diſponēs pre-
ordinat. ¶ Quod inuiſibilis eſt deus ¶ Capitulū · Terciū.

Cum de do loquēs ſcriptura plerūq dicit · ecce ds Non
q̄ſi uiſibilē oñdit · ſꝫ ubiq eſſe pn̄tē ſignificat Per id ꝙ
dicit ecce dn̄s uel ꝙ magnitudinē diuinitatis ei9 · nul
lus poſſit ſenſus attingē ec̄i i nec āgelicus · quāuis uſq ad pa-
rilitatē angelicam humana poſt reſurrectionē natura ꝓficiat
⁊ ad ꝯtēplādū deū indefeſſa cōſurgat · videre tn̄ ei9 eēnciā ple-
ne nō valet quā nec ip̄a ꝑfectio āgelica i totū attingit ſciē · ſcd̄m
apl̄m q̄ ait. Pax dn̄i q̄ exuꝑat oēm ſenſū ut ſb audias ec̄iā āge-
loꝝ. Sola eīn t̄nitas ſibi integre nota ē · ⁊ hūanitas a xp̄o ſu-
ſcepta q̄ t̄cia eſt i trinitate ꝑſona. Intelligibiliter quodā miro
mō di eēncia ſciri pt̄ dū eē c̄dit̄. Op9 vero ei9 q̄d vtiq eq̄ri ei nō
pt̄ ⁊ iudicia a nl̄lo ꝑit9 ſciūtur. Dei ſecta iudicia n̄ poſſe ſenſu
penetrari t̄ āgelico t̄ hūano ⁊ ideo q̄a occulta ⁊ iuſta ſūt tātūdem.

Venerari ea op9 est ꝛ timere nõ discutẽ aut inq̃rere ſm aplm
q̃ ait. Quis eñ cognouit ſensũ dñi aut q̃s ꝯsiliari9 eius fuit.

Qr ex creature pulcritudine cognoſcit creator

Sepe ad incorporeã creatoris magñtudinẽ Ca. quartum
creaturaꝝ corporea mgnitudo ꝯpatr̃ ut magna ꝯsiderẽ-
tur ex paruis ꝛ exuisibilibꝫ inuisibilia estimẽtur atq͡꞉
ex pulchritudine factoꝝ effector opeꝝ agnoſcat̃ nõ tam pari-
litate ꝯsimili ſʒ ex quadã ſbdita ꝛ creata ſpecie boni Sicut op9
vel ars i artificẽ retorquet laudẽ ita reꝝ creator per creaturã
ſuã laudatur Et q̃nto ſit excellẽcior ex ipa opis ꝯdicõe mõstra
tur Ex pulchritudine circũſcripte creature pulchritudinẽ
ſuã que circũſcribi neq̃t facit dm intelligi ut ipis veſtigiis re-
uertat̃ homo ad deũ quibꝫ aũſus eſt ut q̃a ꝑ amorẽ pulchritudi
nis creature a creatoris forma ſe abſtulit rurſũ ꝑ creature de-
corẽ ad creatoris pulchtudinẽ reuertat̃ Quibuſdã gradibꝫ in-
telligẽcie ꝑ creaturã ꝓgredit̃ homo ad intelligẽdũ deũ crea-
torẽ ideſt ab inſenſibilibꝫ ſurgẽs ad ſenſibilia a ſenſibilibꝫ ſur-
gẽs ad racionabilia a racionabilibꝫ ſurgẽs ad creatorẽ. Intel
ligibilia ꝑ ſe collaudãt deũ irracionabilia ꝛ inſenſibilia nõ ꝑ ſe
ſed ꝑ nos dũ ea ꝯſiderãtes dm laudam9 Sed ideo dicuntur lau-
dare ipa q꞉ eandẽ laudẽ eaꝝ ꝑturit cauſa Dixerũt antiq̃ q͡꞉ ni
chil tam ebes ſit q͡꞉ nõ ſenſũ habeat i deũ Hinc ẽ illud q͡꞉ ex ſi
lice duro ſcintilla excutit̃ Et ſi ignis i ſaxo utiq͡꞉ ibi ſenſus ſen-
titur vbi ſe vita nõ ſentit.

Qr cũ nõ vſu quedã ſpẽs ad deũ referat Ca. q̃ntũ

Nostro vſu de9 zelare dicitur uel dolere hoꝝ eñ motu
um apud dm ꝑturbacio nulla ẽ apud q̃m trãquillitas
ſũma eſt. Non ita ẽ ꝑcipitãda mẽtis ſnĩa ut credamus
poſſe do furoris uł mutacionis accedẽ ꝑturbacõeʒ ſʒ ipaʒ eq̃ta-
tẽ iuſticie q̃ reos punit iracũdiã ſacra lectio noiauit Qm̃ q͡꞉ iu
dicãtis equũ ẽ furorẽ ꝛ indignacio paciẽtis. Ita ergo intelli-
gere op9 ẽ et alias paſſiones q̃s de affectione hũana dicit ad
dm Vt ꝛ iuxta ſe incõmutabilis ſit credẽd9 ꝛ tñ ꝑ cauſaꝝ ef-
fectibꝫ ut facili9 intelligat̃ nr̃e locucõis ꝛ mutabilitatis ge-
nere appellet̃ Tã clemẽter ds hũane ꝯſulit infirmitati ut quia
eum ſicut ẽ nõ poſſum9 agnoſcẽ nr̃e locucõis ſe ipm nobis in-
ſinuet Vñ ꝛ mẽbroꝝ nr̃oꝝ q̃litatẽ hr̃e deſcribitur ꝛ paſſionũ

indigna dici de ſe voluit · qten9 ad ſuā p nrā; nos traberet. Et dū ɔdeſcēdit nob ɔſurgerem9 ei ꝛ ¶ Ex rer̄ inferior̄ ſimilitudine
ꝛ hūanis motibꝰ figurat̄ de9 ¶ Capitulum Sextum

MVltis modis dš ad ſignificādū ſe homibꝫ de inferioribꝰ rebꝰ ſpēs ad ſe trabit ut qa om̄ia videt dicat̄ oculus. ꝛ ꝑpter qd̄ audit om̄ia dicat̄ auris. Pro eo aūt ꝙ auertitur āmbulat · pro eo ꝙ expectat ſtat. Sic ꝛ ī ceteīs hor̄ ſilibꝰ ab hūanis motibꝰ trahit̄ ſimilitudo ad dm̄ ſic̄ eſt obliuiſcēs et meorās Hīnc ē qd̄ ꝓpħa dicit Jurauit dn̄s exercituū p aīa; ſuā nō qd̄ de9 aīa; babeat · ſꝫ ħ nr̄o narrat affectu. Et alibi ſimili figura · ꝛ vermis ꝛ ſcarabēs intelligitur. Nec mir̄ ſi vilibꝰ ſignificacōibꝰ figuretur · q̄ uſq; ad noſtrar̄ paſſionū ſeu carnis cōtumelias deſcendiſſe cognoſcit̄. Nam ꝛ xp̄s agn9 nō ꝑ natura · ſꝫ pro innocēcia · ꝛ leo ꝑ fortitudine nō ꝑ natura · ꝛ ſpēs ꝑ morte ꝛ ſapiēcia nō ꝑ natura ſcribitur. Nā ꝛ in ꝓpħa plauſtri portantis fenū ſpēs ducitur ad dm̄. Et hec om̄ia ido p figuram xp̄s · qa nichil ē homī ad ꝓprietatē ſbſtācie ei9 quē reuera iuxta ꝓpriā ſubſtanciā inuiſibilem eſſe ꝛ incorporeū ɔſtat.
Nō ſcdm̄ ~~eccleſiā~~ ſꝫ ſcdm̄ ſilitudinē ſpēs dicunt̄ ad dm̄ ſꝫ ꝑ efficiēcijs cauſar̄ rer̄ ſpēs ī ipo ſcribūtur ¶ Capitulū Septimū.

PLerumq; de corporibus ad deum ſumūtur qualitatum ſpecies que tamen in deo non ſunt · quia in propria natura incorporeus eſt ꝛ incircūſcriptus. Sed pro efficiencijs cauſarum rerum in ipſo ſpecies ſcribuntur dum non ſecudum eſſenciam · ſed ſecundum ſimilitudinem ſpecies dicūtur ad deum · neq; proſubſtancie proprietate ſed pro efficiencijs cauſar̄. Vn̄ ꝛ creditur dm̄ nūq; viſibiliter homībꝰ apparuiſſe · niſi p aſſumptā creaturar̄ ſpēm. Fallūtur quidā ſtultor̄ dū legūt ad ymaginē di factū eſſe hominē · arbitrātes deū eſſe corporeū · dum nō caro ideſt corp9 · ſꝫ anima ideſt ſpūs dei ymaginē habꝫ. Non ergo eſſe corpis formā in deo credam9 · q̄ hominē ad ymaginē ſuā fecit. qa mētē nō carnē ad ſimilitudinē ſuā creauit. Cogita igitur quale corp9 habeat veritas · ꝛ dum nō inueneris ħ eſt de9. Facies dei ī ſcripturis ſāctis nō caro ſꝫ diuina cognicio intelligitur · ea rōne q̄ p faciē ɔſpectā quiſq; cognoſcitur. Hoc em̄ ī orōne dicitur deo. Oſtende nobis faciē tuā · ac ſi dicatur · da nob cognicōe; tuā Os dei vnigenit9 eius eſt.

Nam ſicut ꝓuerbū q̄ ꝑ linguā fiūt ſepe dicim⁹ illa ⁊ illa lingua. ita ⁊ ꝓ verbo os dei ponit̄ q̄a mos eſt ut v̈ba ore formētur Et ſi volueris gn̄e locucōis illo demōſtrare quo is q̄ efficit ꝑ id q̄ efficit̄ noīatur. bn̄ os ꝓ v̈bo ponis. ſic linguā ꝓ v̈bis. ſic ꝓ literis veſtigia dei ſūt quibꝫ nūc de⁹ ꝑ ſpeculū agnoſcit̄. ad ꝑfectum vero oīpotēs repit̄. dū ī futuro facie ad faciē q̄buſq̄ electis p̄ntabitur ut ip̄a ſpēm ɔtēplētur. cui⁹ nūc veſtigia cōprehendē conātur. ⁊ h̄ ē qd̄ ꝑ ſpeculū videri de⁹ dicit̄ ſic ⁊ cetera

¶ Qd̄ deo nulla tēpoꝝ ſucceſſio aſcribatur ¶ Capitulū. viiim

Omnia tp̄a p̄cedit diuina et̄nitas. nec ī deo p̄teritū p̄ns futuꝝ ve aliqd̄ creditur ſ; oīa p̄ncia ī eo dicūtur. q̄a eternitate ſua cūcta cōplectitur. Alioquin mutabilis eſt de⁹ credēd⁹ ſi ei ſucceſſiones tēpoꝝ aſſcribunt̄. Si ſemꝑ aliqua eſſent cū deo tp̄a. nō eſſ; temp⁹ ſ; eſſ; et̄nitas. nec mutarētur tp̄a. ſ; ſtarēt. Preſens p̄teritū ⁊ futuꝝ. nt̄m ē h̄re. non deū Verbi cauſa. dicim⁹ ꝓ p̄nti teneo codicē. pro p̄terito tenui. pro futuro tenebo. Vnuſitatē vero de⁹ tenet. ⁊ ꝓ tenuit et tenebit tenet dicitur. Sed nec ip̄oꝝ āgeloꝝ deceſſio acceſſio ve ē tēpoꝝ. Nā duas eſſe ī creaturis res quibꝫ viciſſitudo tēpoꝝ nō valet. Angelis ſcilic; ꝓpter qd̄ incōmutabili inherent creatori ſiue materie illi ī formi ꝑus quā ex ea oīa iſta q̄ tēpaliter iā voluūtur formarētur. nec ip̄i vtiq̄ valebat tempus Tempus igit̄ nō ad eas creaturas. q̄ ſuꝑ celū ſūt ſed ad eas q̄ ſub celo ſunt pertinere cognoſcitur. Non enim angelis acce-dunt tp̄a uel ſuccedūt. ſ; nobis qui ſub celo verſamur in hoc infimo mundo. ¶ De temporibus. Capitulum. Nonum.

Nulla ante p̄ncipiū mūdi fuiſſe tp̄a manifeſtū ē. q̄a dum ſit ip̄m temp⁹ creatura. in p̄ncipio cū mundo factū eſſe credēdū eſt. Ideo g̊ p̄ncipiū dicitur qd̄ ex ip̄o cepit rerum vniūſaꝝ exordiū. Nullū ſpaciū corpaliter h̄nt tp̄a. q̄a an abſcedūt pene q̄m veniāt. Ideoq̄ in rebꝫ nullus ſtatus ē tēpoꝝ. quia celeri creature motu mutātur. Nec cētū anni vnū tēpus eſt. nec vnus ann⁹ tp̄s ē nec vnus mēſis vnū tp̄s ē nec dies nec hora. q̄a dū hec oīa p̄ticulis accedūt ſuis ⁊ decedūt. Quō vnū dicēdū ē qd̄ nō ſimul eſt. Vtꝝ ſit p̄teritū futuꝝ ve tp̄s ſic p̄ns querēdū eſt. Et ſi ē ſcire oportz q̄lit̄ aut vbi ē. ſ; adūte qd̄ cuncta ⁊ futura ⁊ p̄terita ⁊ p̄ntia in animo pocius ſūt reqrenda.

Tria iſta preterita preſencia ⁊ futura in animo tantum inue-
niri poſſunt preterita reminiſcendo preſencia contuendo · fu-
tura expectando. Speramus igitur aduenīēcia intuemur pre-
ſencia recolimꝰ trāſeūcia · hec nō ita ī dō ſūt cui ſimul oīa aſſūt

¶ De mundo ¶ Capitulum. Decimum

Mundꝰ ex rebꝯ viſibilibꝯ ſꝫ tñ inueſtigabilibꝯ ꝯſtat ho-
mo aūt ex reꝝ vniūſitate cōpoſitꝰ · alī in breui qdam-
mō creatꝰ ē mūdꝰ. Racio mūdi de vno ꝯſiderāda ē hoīe.
Nā ſic ꝑ dimēſiones etatū ad finē homo vergit ita ⁊ mūdus ꝑ hꝫ
diſtēditur tꝑe deficit qa vñ homo atqꝫ mūdꝰ creſcē videtur in-
de vterqꝫ minuit̄. Fruſtra dr̄ ꝑ tāta retro tꝑa dō vacāte nouam
ꝓ mūdo faciēdo ortam fuiſſe cogitacōeꝫ · qñ in ſuo eterno mane
ret ꝯſilio · huiꝰ mūdi ꝯſtructio. Nec tempꝰ ante ꝑncipiū ſꝫ etē
nitas fuit. Tempꝰ vero a ſubſtitucōe creature nō creatura ce
pit a tempore. Quidam aiunt. Quid faciebat deꝰ anteqm ce
lum faceret. Cui noua volūtas ī dō · ut mūdū ꝯderet orta ē Sed
noua ī dm volūtas exorta nō eſt · qa ⁊ ſi in re mūdꝰ nō erat ine
tēna tamē racōe ⁊ ꝯſilio ſꝑ erat. Dicūt qdā qd ſbito voluit dˢ
facere mūdū qd añ nō fecit · volūtatē dei immutare arbitrātes
q aliquādo voluit qd aliqndo non voluit. Quibus reſponden
dum eſt. Voluntas dei deus eſt · quia non ipſe aliud eſt aliud
voluntas. Sed hoc eſt illi velle · quod ipſe eſt. Et quod ipſe
eſt · vtiqꝫ eternum ⁊ incōmutabile eſt · hoc eſt ergo voluntas
eius. Materies ex qua formatus eſt mundus origine · non tē-
pore res a ſe factas putes ſicut ut ſonus cantu · prior enim eſt
ſonus cantu · quia ſuauitas cantilene ad ſonum vocis non ſo-
nus ꝑtinet ad ſuauitatem ac per hoc vtrūqꝫ ſimul ſunt · ſed il-
le ad quem pertinet cantus prior eſt ideſt ſonus. Materia ex
qua celum terraqꝫ formata eſt ideo informis vocata eſt · quia
non dum ex ea formata erant · que formari reſtabant. Verum
ipſa materia exnichilo facta erat. Aliud eſt aliquod fieri poſ
ſe · aliud fieri neceſſe eſſe. Fieri neceſſe eſt ꝙ deus naturis in
ſeruit. Fieri autem poſſe eſt ꝙ extra curſum inclitum natu-
rarum creator ut faceret quando voluit reſeruauit. Non
ex hoc ſubſtanciam habere credende ſunt tenebre quia di
cit per prophetā. Ego dominꝰ formās lucē ⁊ creās tenebras.
Sed quia angelica natura que non eſt ꝑuaricata lux dicitur.

Illa aūt q̄ p̄uaricata ē tenebrarꝫ noīe nūcupat̄. Vn̄ ⁊ in p̄nci-
pio lux a tenebris diuidit̄. Sed q̄a ⁊ hos ⁊ illos deus creauit.
ido dicit̄. Formās lucē ⁊ creās tenebras. Verūptamē bonos
angl'os nō tm̄ creās ſꝫ eciā formās malos vero creans tm̄ nō for-
mans. Hoc ⁊ de hoībꝰ bonis malisqꝫ accipiendū eſt. Poſt an-
numeratā celi terreqꝫ creaturā ido noīatur in geneſi ſpūs ſan-
ctus. Vt q̄a ſuꝑferri eū dici oportebat āte illa nomīaret̄ quorꝫ
creator ſpūs ſāctꝰ ſuꝑferri dr̄. qd̄ ⁊ apl's radicat. Dū ſuꝑ emi-
nētem viā caritatis demōſtrat. Ido ſuꝑferri aquis ſcūs dr̄ ſpi-
ritꝰ. q̄a donū ē dei. in quo ſbſiſtētes requeſcimꝰ. atqꝫ ꝓtegendo
nos ſuꝑfertur nob. Vna queqꝫ natura ſuo ponde nitit̄. Ignis
aūt ⁊ oleū merito ſuꝑiora ſꝑ appetūt. q̄a ꝑ ipōꝝ figurā ſuꝑfer-
ri vniūſe creature ſpiritꝰ ſāctꝰ ꝓbat̄. Dies prior factꝰ āgeli ſūt
quoꝝ ꝓpter vnitatē inſinuandā nō dies p̄mꝰ ſꝫ dies dictꝰ ē vnꝰ
Et idcirco ipe repetit' ſꝑ in execucōe creature q̄a dies hoc ē
natura angl'oꝝ quādo creaturā ipāꝫ cōtēplabat̄ q̄dammō veſpe
raſcebat. nō aūt ꝑmanēdo in eiꝰ creature cōtuitu ſꝫ laudē eius
ad dm̄ referēs. eā q̄ meliꝰ in diuina racione cōſpiciēs cōtinuo ma
ne fiebat. Si vero ꝑmaneret neglecto creatore i creature aſpe-
ctu iam nō veſpa. ſꝫ nox vtiqꝫ fieret. Dum ſe creatura meliꝰ i do
q̄m in ſeipā nouit ipa ſui cognicio q̄ maior in do ē dies ⁊ lux dr̄
Cognicio vero ſua in ſeipā ad cōpēſacōnē cognicōis illiꝰ q̄ eſt in
do quia longe inferior ē veſpa noīatur. Idoqꝫ poſt veſpāꝫ mane
fiebat. Quia dū ſuā in ſe cognicionē ſibi ſatiſfacere nō agnoſce
ret ut ſe plenus noſſe potuiſſꝫ ad dm̄ ſeſe referebat creatura in
quo ſe dies agnoſcēdo meliꝰ fieret. Nō ſic q̄madmodū nos tn̄ſ
itorie dicimus fiat aliqd̄ ſic ds̄ dixit. Fiat celū in p̄ncipio. Il
lud eīn ſempiterne in v̄bo vnico dictū eſt. Si tn̄ſitorie dictū ē
a deo fiat. Erat vtiqꝫ creatura aliq̄. vn̄ iam talis fieret vox q̄a
antequā dicēt fiat nulla extitit creatura ipm̄ fiat qd̄ dictū eſt
in eternitate v̄bi nō i vocis ſono enūctiatū eſt. Nō ſepties a do
viſa ſepciesqꝫ laudata ē creatura q̄ anquā fieret ꝑfecte ab illo eſt
viſa. Sed dum nos ſingula videtes laudamꝰ tāquā ipſe videat
laudetqꝫ ꝑ nos ſic ē illud. Non eſtis vos q̄ loq̄mini ſꝫ ſpūs p̄ris.
Proinde ſic ipe ꝑ vos loq̄tur. ita videt ⁊ laudat ꝑ vos. Sed
per ſe ꝑhēniter ac ſempiterne vidit per nos vero tꝑaliter. At-
tende vniūſaliter creaturam in principio valde bonā vocari

ſingulariter vero tātū bonā. Quia ⁊ mēbra corpis cū ſint ſin-
gula bona. mai⁹ tn̄ bonū faciūt dū ſingula oīa valde bonum
corp⁹ efficiūt. Decor elemētoꝝ oīm ī pulchro ⁊ apto ꝯſiſtit.
ſ; pulchꝝ ē qd̄ ꝑ ſeipm ē pulchꝝ ut homo ex aīa ⁊ mēbris oīb
ꝯſtās. Aptū vero eſt ut veſtimētū ut vict⁹. Jdoq; hoīe; dici pul
chꝝ ad ſe q₂ nō veſtimēto ⁊ victui ē neceſſari⁹ ſ; iſta homī Jdo
aūt illa apta qa non ſibi ſicut homo pulchra ad ſe ſ; ad aliud.
id ē ad homīnē accōmodata nō ſibimet neceſſaria. hoc ē decer
tis elemētoꝝ naturis dicēdū. Cūcta q̄ ſūt ⁊ facta ſūt mira val
de ſūt ſ; ꝯſuetudīe viluerūt. idoq; ſic dīuina ſcrutare opa ut ſp
ea cogites īmēſa. ¶ Vnde malum ¶ Capitulū vndecimū.

Malū a diabolo nō ē creatū ſ; īuētū. ⁊ ido nichil ē mlū
qa ſine deo factū ē nichil. De⁹ aūt malū nō fecit. nō qa
alicubi aut aliqn̄do erat malū vn̄ fieret diabol⁹ ſ; q₂ vi
ciū ē Dū eſſ; āgel⁹ bon⁹ ſupbiēdo fact⁹ ē mal⁹. ⁊ ido recte dr̄ ab
eo īuētū ē malū. Nullā eē naturā mali ꝯſtat. qa natura oīs
aut īcōmutabilis ē ut de⁹ aut cōmutabilis ē ut ͨatura. Ma-
lū vero ido natā nulla ē qa accedēdo ī bonā naturā efficit eam
viciosā. Qd̄ dū diſcedit dei natura man;. ⁊ malū q; īeat nuſq̄
eſt. Ex eo qd̄ viciū noc; natura agnoſcit. viciū nature nō eē q₂
nichil qd̄ naturale ē noc;. Dū natura bona dāpnat̄ ꝓpter vo-
lūtatē malā. ipa volūtas mala teſtis ē nature boē. q̄ ī tm̄ teſta
tur eā eē bonā. ut illā de⁹ ꝓ malo nō relīqt īultā. Creditur
ab hereticis mētē a dō. vicia a dyabolo fuiſſe creata. vn̄ ⁊ ab
ipo due nature bona ⁊ mala putant̄. Sed vicia natā nō ſūt. ⁊
dū vere a diabolo ſint. nō tn̄ creata ſūt. Quā ob cauſā pmiſeit
de⁹ mali abomīari ſtatū niſi ut ex ꝯtrīis malis bone nature de-
cor eminerets. Mod⁹ iſte etiā ī v̄bis eē cōpit̄. Qui mod⁹ antite
cia grece dr̄ qd̄ latine oppoſitū uel ꝯtrapoſitū nomiat̄. Et fit
pulchra locucō qn̄do mox ꝯtraria ꝓſperis ꝓferunt̄ Jta ⁊ ī re-
bus pmixtū eſt malū. ut nature bonū ad cōpacōnē excelleret
mali. Fecit deus omnia valde bona. nichil ergo natura malū
quando ⁊ ipſa que in creaturis videntur eſſe penalia ſi bene
vtantur et bona et proſpera ſunt. ſi male vtantur nocent.
Jta ergo penſanda eſt creatura ex noſtro vſu non bona ex ſua
natura valde bona. Si radas ſupercilium hominis paruam
rem demis. ſed tocius corporis īgeris feditatem.

Ita ꝛ ĩ vniuſitate ćatue ē ſi extremū ꝯmiculū natura malū di-
xeris vniuſe ćatuē iniuriā facis. Cūcta mala ꝑ pctm̄ pͥmi hoīs
pro pena ſūt trāſlata ĩ vniuſū gen9 humanū. Proinde qcūqꝫ vi-
dent mala ptim nobis ſeuiunt origine ptim culpa mala multi
dicūt increaturis pūerſi. ut ignē qa urit. ut ferrū qa occidit.
ut ferā qa mordet. ſꝫ cōmoda ipoꝝ nō intēdēs homo accuſat in
illis qḋ ſibi debꝫ poci9 imputari cui pro pcto iſta effecta ſunt
noxia q̄ illi oīm expte fuerūt añ pctm ſbiecta. Noſtro vicio nō
ſua natura nob̄ mala ſūt ea q̄ nob̄ nocēt. Nam lux cū ſit bona
infirmis oculis noxia ē. ꝛ tūc oculoꝝ viciū nō lucis ē. ſic ꝛ ce-
teraꝝ. Cū creaturaꝝ ſtimulis ꝛ elementoꝝ adūſitatib9 homo
ꝯberaᵗ. pcti hoc exigēte pena ut deo ſupbiēs homo ea q̄ infra
ipm̄ ſūt paciaᵗ adūſa. Vñ ꝛ in ſapiā legiᵗ. Pro deo pugnabit
cū eo orbis terraꝝ ꝯtra inſenſatos. Merito ġ pctoꝝ ħ actū ē ut
naturaliter ꝓſpera mutētur hoīi in adūſa. Vñ ꝛ ſalomon di-
cit. Creatura exardeſcit ĩ tormētū adūſus iniuſtos. ꝛ lenioꝛ ē
ad bñfaciēdū hꝭ q̄ in dño ꝯfidūt. Non erit caro ſbiecta anime
nec vicia racioni ſi anim9 nō eſt ſbiect9 cōditori. Tūc aūt rcē
ſbiciunᵗ nobis oīa q̄ ſb̄ nos ſūt. ſi nos ſubiciamur ei ꝛ a quo no-
bis illa ſubiecta ſūt. Nam ꝛ q̄ videtur eſſe ſubiecta ei q̄ deo ſub-
iect9 eſt. ille poci9 ſbicitᵗ eis q̄ ſuā volūtatē ſbiugat amori eoꝝ
q̄ ſibi ſbiecta eſtimat ¶ De Angelis ¶ Capitulū Duodecimū.

Angeloꝝ nomē officiū eſt nō nature. Nā ſcd̄m naturam
ſpirit9 nūcupanᵗ. Quādo eñ de celis ad ānūciādū ho-
minib9 mittunᵗ ex ipa ānūcciacione angeli nomināt̄ur
Natura eñ ſpūs ſūt. Tūc aūt angeli vocanᵗ. qñdo mittūtur.
Natura angeloꝝ mutabilis ē. qa ineſt illis mutabilitas ĩ natu-
ra. ſꝫ facit eos incorruptos caritas ſempiterna Gracia dicim9
nō natura eſſe incōmutabiles angelos. Nā ſi natura incōmu-
tabiles eſſent. diabol9 nō vtiqꝫ cecidiſſꝫ. Mutabili itaqꝫ natu-
re ſuffragaᵗ illis cōtēplacio creatoris. inde ꝛ ꝓuat9 ē apoſta-
ta angelus dum fortitudinē ſuā nō a deo. ſꝫ a ſe voluīt cuſtodiri
Ante omnē creaturā angeli facti ſūt dū dictū eſt fiat lux. De
ipſis eñ dicit ſcriptura. Prioꝛ oīm creaturaꝝ creata ē ſapien-
cia. Lux eñ dicūtur pticipādo luci eterne. Sapiencia vero di-
cuntur in genite inherēdo ſapiencie. Et dū ſint mutabiles na-
tura nō tñ ſinit eos ꝯtēplacio mutaí diuina. Añ oēm creacōeꝫ

mundi creati ſūt āgeli. Et ante omnē creacionē angeloꝝ di-
abolꝰ ↄditꝰ eſt ſic ſcriptū ē. Ip̄e eſt pͥncipiū viaꝝ dei. Vn̄ ⁊ ad
cōparacionē āgeloꝝ archāgelꝰ appellatꝰ eſt. Prius em̄ creatus
extitit ordinis p̄lacōe nō tp̄is quātitate. Primatum habuiſſe
inter angelos diabolū excellēcia p̄lacōis. ex q̄ fiducia cecidit
ita ut ſine repacōe laberet̄. Cuiꝰ p̄lacōis excellēciā ꝓpha hiis
ꝟbis annūciat. Cedri nō fuerūt alciores illo in paradiſo dei. Ab
ietes nō adequerūt ſūmitatē illiꝰ. Omne lignū padiſi nō eſt ſi
milatū illi quoniā ſpecioſiorē fecit eū deꝰ. Diſtat ↄdicio āgeli
a cōdicōe hoīs homo em̄ ad dei ſimilitudinē ↄditꝰ ē Archan-
gelꝰ vero q̄ lapſus ē ſignaculū dei ſimilitudīs appellatꝰ ē. Te-
ſtante dn̄o p ezechielē tu ſignaculū ſimilitudīs plenꝰ ſapien
cia pfectꝰ decore in delicijs paradiſi dei fuiſti. Quāto em̄ ſubti
lior ē eiꝰ naŕa tāto pleniꝰ ad ſīlitudinē diuine ꝟtutis expreſſa
Prius de celo cecidiſſe diabolū q̄m hō ↄderet̄. Nā mox ut factꝰ
eſt ī ſupbiā erupit ⁊ p̄cipitatꝰ de celo ē. Nā iuxta ꝟitatis teſti
moniū ab inicio mēdax fuit ⁊ ī ꝟitate nō ſtetit. qa ſtatim ut fa
ctus ē cecidit. Fuit qdē ī ꝟitate ↄditꝰ ſ3 nō ſtādo ↄfeſti a ꝟitate
ē lapſus Vno ſupbie lapſu dū dō p tumorē ſe ↄfert. ⁊ hō cecidit
⁊ diabolꝰ. Sed hō reūſus ad penitēciā dō ſe inferiorē eſſe cogno-
ſcit. Diabolꝰ vero nō ſolū in h̄ ↄtentꝰ qd ſe dō equalē exiſtimās
cecidit. inſup eciā ſupiorē dō ſe dicit ſcdm apli dictū q̄ ait de an
tixpo. Qui adūſatur ⁊ extollitur ſup̄ omne qd dicit̄ deus aut
quod colitur. Diabolꝰ ideo nō petit veniā quia nō cōpungitur
ad penitēciā. Mēbra vero eiꝰ ſepe p ypocriſim depcant̄. qd tn̄ ꝓ
mala ↄſciēcia adipiſci nō merent̄. Diſcat humana miſeria qd ea
cauſa ciaꝰ ꝓuocet̄ dō p̄ſtare veniā dū infirmo cōpatitur hoīi
qa ip̄e hō traxit ex parte inferiore infirmitatē peccādi h̄ eſt ex
carne q̄ incluſa aīa detinetur. Apoſtate vero angeli ideo veniam
nō habēt. qa carnalis fragilitatis nulla infirmitate grauati ſūt
ut peccarēt. hoīes aūt poſt peccatū id circo ↄſutūtur ad veniā
ꝓpter qd ex lutea materia pondꝰ traxerūt infirmitatis. Ideo
ꝙ pro infirma carnis condicione reditus patet homini ad ſa-
lutem ſicut ⁊ pſalmus dicit. Ipſe ſcit figmentum noſtrum.
Memento dn̄e quod terra ſumus. Et iteꝝ memorare inquit
que ſit noſtra ſubſtancia. Poſtquam apoſtate angeli cecide-
runt ceteri perſeuerancia eterne beatitudinis ſolidati ſunt.

Unde ꝛ post celi creacõez inp̄ncipio repetit̄ fiat firmamētū .
Et vocatū est firmamētū celū nimirꝫ ostēdēs qd post angeloꝝ
ruinā hiꝰ q̄ pmāserūt firmitatē meruerūt etne pseuerācie ꝛ be-
atitudīs q̄m antea minꝰ acceperant. Post diaboli deiectõez an-
gelis sāctis collatā diamꝰ sāctitatē pseuerāciā ꝛ beatitudīnē
quā minꝰ acceperant. Vn̄ oportꝫ agnosci qd maloꝝ iniq̄tas san
ctoꝝ fuiat vtilitati. Quia vn̄ mali corruūt inde boni pficiūt
Bonoꝝ angeloꝝ numerꝰ . q̄ post ruinā āgloꝝ maloꝝ ē diminu
tus ex nūo electoꝝ hoīm supplebit̄ q̄ numerꝰ soli dō ē cognitꝰ
Int̄ āgelos distācia potestatū est . ꝛ p graduū dignitate mini
steria eisdem sūt distributa aliiq; aliis pferūtur . tā culmīe po-
testatis q̄m sciēcia vtutis. Subministrāt igit̄ alii alioꝝ pceptis
atq; obediūt iussis. Vn̄ ꝛ ad ꝓphtā Zachariā angelꝰ angelum
mittit. Et quecūq; annūciare debeat pcipit. Nouē esse distin
ctiones uel ordines āgeloꝝ sacre scripture testant̄ id ē angeli.
archangeli . throni . dominacões . vtutes . pncipatꝰ . potesta-
tes . cherubin . ꝛ seraphin. Hoꝝ ordinū nūm eciā Ezechiel pro
pheta describit sb totidē nominibꝫ lapidū cū de pmatu aposta-
te āgeli loq̄ret. Omīs inquit lapis p̄ciosus opimētū tuū. Sar-
dius ꝛ topasius ꝛ iaspis crisolitꝰ . ꝛ onix . ꝛ berillꝰ . Saphirus .
carbūculꝰ ꝛ Smaragdꝰ. Quo numero lapidū ipi ordines desi
gnati sūt angeloꝝ . quos apostota āgelꝰ an̄ lapsū quasi ī vesti-
mēto ornamēti sui affixos habuit . ad quoꝝ cpacõez dū se cla-
riorē cūctis aspexit cfestim ītumuit ꝛ cor suū ad supbiā eleua-
uit Angeli semp ī dō gaudēt nō in se. Malꝰ vero idō ē diabolus .
q̄a non q̄ dei . sꝫ q̄ sua sūt reqsiuit. Nulla aūt maior iniq̄tas quā
nō in deo sꝫ in se velle quēpiā gloriari. Angeli ī vbo dei cogno-
scunt oīa anteq̄m ī re fiāt . ꝛ q̄ apud homines adhuc futura
sūt . angeli iam reuelāte deo nouerūt. Preuaricatores angeli
eciā sāctitate amissa . non tam amiserūt viuacē nature angelice
sensū. Triplici eni mō sciēcie acumīe vigēt . id est sbtilitate na
ture . experiēcia tēpoꝝ . reuelacõe supioꝝ potestatū. Quociēs
deus quocūq; flagello huic mūdo irascit̄ ad ministeriū vindicte
apostate angeli mittūtur q̄ tn̄ a diuina pietate cohercētur ne
tm̄ noceāt q̄ntū cupiūt. Boni aūt angeli ad ministeriū salutis
humane deputati sūt . ut curas administrēt mūdi ꝛ regāt oīa
iussa dei testāte apl̄o . Nonne oēs nīqt sūt ad ministratorii

ſpiritꝰ ī miniſteriū miſſi · ꝓpter eos ꝗ hereditatē capiūt ſalu-
tis. Angeli corꝑa ī quibꝫ homībꝫ apparēt de ſuꝑno aere ſumunt
ſolidāq; ſpecië ex celeſti elemēto induūt ꝑ quā humanis obtu
tibus manifeſtius demōſtrent̄. Singule gētes ꝑpoſitos āgelos
habere credūtur · qꝺ oſtēdit̄ teſtimonio āgeli danielis loqntis
Ego inqt veni ut nūciarē tibi ſꝫ pͥnceps regni perſaꝝ reſtitit
michi ⁊ poſt alia · nō eſt ꝗ me adiuuet niſi michael pͥnceps nr̄
Itē omēs hoies āgelos hr̄e ꝓbant̄ loqnte dn̄o ī euāgelio. Amē
dico vob̄ · qͣ āgeli eoꝝ ſꝑ vidēt faciē pr̄is mei ꝗ eſt incelis. Vn̄
⁊ petrꝰ ī actibꝫ apl̄oꝝ cū pulſaret ianuā dixerūt intus apoſtoli
Nō eſt petrꝰ ſꝫ āgelꝰ eiꝰ ē. Si deū āgeli ꝯtuent̄ ⁊ vidēt · cur pe-
trꝰ aptus dicit inquē deſiderāt āgeli dei ꝯſpicē. Itē ſi eū nō cō-
tuent̄ nec vidēt quō iuxta ſentēciā dn̄i āgeli eoꝝ ſꝑ vidēt fa-
ciem pr̄is ꝗ ē in celis. Sed bene utrūq; eſt. Nā veraciter credi
mꝰ ꝙ dm̄ āgeli ⁊ vidēt ⁊ videre deſiderāt · ⁊ hn̄t ⁊ hr̄e feſtināt
⁊ amāt ⁊ amare nitūtur. Si eī̄ ſic vidē deſiderāt ut effectu de
ſiderii ꝑfruātur deſideriū h̄ neceſſitatē habꝫ. Neceſſitas iſta pe
nalis ē · beatis āgelis omnis pena lōge ē · qͣ nūq; ſimul pena ⁊
bt̄itudo ꝯueniūt. Rurſū ſi eos dicimꝰ dī viſiōe ſaciari ſacietas
faſtidiū hr̄e ſolet. Et ſcimꝰ illos dī viſiōeꝫ q̄m ⁊ deſiderāt fa-
ſtidire nō poſſe. Quid g̊ eſt niſi ut miro modo ſimul utrūq; cre
damꝰ quia ⁊ deſiderāt ⁊ ſacian̄t. Sed deſiderāt ſine labore et
ſaciātur ſine faſtidio. Ne eī̄ ſit ī dſiderio neceſſitas dſideran-
tes ſaciātur. Et iteꝝ ne ſit inſacietate faſtidiū ſaciati deſide
rant. Vidēt ergo āgeli faciē pr̄is ꝑ ſacietatē · ſꝫ qͣ ſacietas iſta
faſtidiū neſcit. Angeli deſiderāt ī eo ꝓſpicē ſꝑ. Vbicūq; ī ſcri-
pturis ſc̄tis ꝓ dō āgelꝰ poitur nō pr̄ nō ſc̄tꝰ ſpūs · ſꝫ ꝓ incar
nacōis diſpēſacōe ſolꝰ filiꝰ intelligitur. Ante dominice incar-
nacōis aduentū diſcordia inter āgelos ⁊ hoies fuit Veniēs aūt
xp̄s pacē in ſe ⁊ āgelis ⁊ hominibꝫ fecit · quo quippe nato clama
uerūt āgeli. In terra pax hominibꝫ bone volūtatis. Per incar
nacionē igitur xp̄i nō ſolū dō recōciliatꝰ ē homo · veꝝ eciā pax
inter homines ⁊ āgelos reformata eſt. Diſcordia igitur an̄ ad-
uentū xp̄i hominū ⁊ angeloꝝ fuiſſe ꝑ id maxie agnoſcit̄ qꝺ ſalu
tati in vetēi teſtamēto ab hominibꝫ āgeli dſpiciūt ſe ſalutari ab
eis · quod in nouo teſtamēto a iohāne factū nō ſolū reuerenter
angelus ſuſcipit veꝝ eciā ne faciat interdicit. Ob hoc homo

in veteri teſtamēto deſpiciēt nec reſalutatur ab āgelo. Eo q hō
adhuc nō dn̄ trāſiſſꝫ in dm̄ Suſcipit aūt homo a dō ꝛ reueren-
ter ſalutatur ab āgelo. Nam ꝛ mariā angelꝰ gabriel legit ſa-
lutaſſe ꝛ iohāni āgelū ſalutāti ab eodē angelo dr̄. Vide ne fe-
ceris ꝯſuus em̄ tuꝰ ſū. ꝛ fratꝝ tuoꝝ. Per qd agnoſcit̄ p incar-
nacōez dn̄icam pacē homibꝫ fuiſſe ꝛ angelis reditam.

Omnia ſb celo ꝓpter hominē ¶ De homine ¶ Caᵐ xiii.
facta ſūt. hō aūt ꝓpter ſeipm̄. Inde ꝛ oīa p figuram
ad eiꝰ ſimilitudinē referūtur. Cōmunia homi oīa na
turalia eē cū oībꝫ rebꝫ ꝯſtat ꝛ i hoīe oīa ꝯtineri. atq in eo
oīm reꝝ naturā ꝯſiſtē In numūſitate creature hō magna quedā
porcio eſt. tantoq gradu ē ceteris excelleciōr quāto ymagini
diuine viciniōr. Qn̄tū ceteis creaturis preeſt homo dignitate
ɜtutis. ex ipa reuerēcia diſcitur creacōis. Dum p oīa dixit
deus fiat. ꝛ facta ſūt. Creare vero hoīez quadā eterni conſilij
deliberacōe voluit dicēs. Faciamꝰ hominē ad ymaginē ꝛ ſimili-
tudinē nr̄am. Quia em̄ boni ſumꝰ naturalit̄ ꝯditi culpe qdam-
modo merito ꝯtra naturā ſumꝰ effecti. Sic preſciuit dš hoīez
peccatuꝝ. ita ꝛ pſciuit qualit̄ illū p ſuam graz reparet. qui ſuo
arbitrio deperire potuiſſꝫ. Originaliter adam ꝛ eua ſimul creati
ſūt ſpecialiter vero poſtea mulier de latere viri formata ē. Pa-
riter ergo ꝯditi ſūt vtriuſq rōnis ordine. nō parit̄ tpis vnita-
te. Vir ad ymaginē dei factꝰ eſt. mulier ad ymaginē viri for-
ta eſt. Vn̄ ꝛ illi lege nature ſbiecta eſt. Itē vir ꝓpter ſemet-
ipm̄ factꝰ ē. Mulier ob adiutoriū viri creata eſt. homo ꝓpter
peccatū tūc traditꝰ ē dyabolo. qn̄ audiuit terra es ꝛ i terram
ibis. Tūc em̄ dictū eſt ꝛ dyabolo terrā mādūcabis. Vn̄ ꝛ ꝓpha
ait ſpeti puluis panis eiꝰ. Serpēs em̄ dyabolꝰ ē. pulūis impij.
ꝛ ipi ſūt cibꝫ dyaboli. q praua volūtate ad yma collabimur.
Recte ad bene agēdū cū labore ꝯſurgimꝰ. qd nō ita eſſꝫ ſi dele
ctacio flagiciū pmoꝝ hoīm nō pſuaſiſſꝫ. quibꝫ ad bene viuēdum
tātū velle ſufficeret ꝛ ſine difficultate ſtatim actio obtpareat.
Diuiſio ꝛ pugna ut ſit i hoīs aīmo pena ē ex pmo homīe in oēs
eiꝰ filios ꝓpagata. ut q voluit cū deo eē vnitꝰ eſſꝫ inſeipo di-
uiſus ꝛ q imperāti dn̄o noluit eē ſbiectꝰ. fieret ſibimetipi rebel
lis atq ꝯtrarius. Vnde nec ſibi poteit ſbiugari ſi prius deo
non fuerit ſubiugatus. ſibiq fuiet nolēs q deo noluit volēs.

Quã varie p diũſa hũanũ defluxit gen9 · dũ ſe ab vna ſtabili ſp
q̃ manẽte diuinit9 ſoliditate traxit. Nã dũ op9 qđ liber appe
tit · q̃ ibi iã reqem mentis infigit. Sed dũ ei nõ ſuffiat mu/
tata intẽcõe ad alias atq alias acciones trãſit dũ q p diũſa re
qem ſolidã q̃rit niſi inuenit ĩ labore miſer ⁊ a vaietate viuit et
vacuus a reqe manʒ. Quãuis eadẽ mutabilitas nõ ſit homĩ cõ
creata · ſʒ ꝓ merito pme puaricacõis illi acceſſerit · iã tñ natu/
ralis facta eſt: Quia originalr a pmo hoĩe ſicut ⁊ mors in oẽs
hoĩes trãſiit ¶ De aĩa ceteriſq ſenſib ¶ Capim Decimumq̃rtũ

Vita corpis anima · Anima dꝰ eſt. Et ſic corp9 mortuũ
eſt ſine aĩa · ita aĩa mortua ẽ ſine deo . Anima hominis
nõ ẽ hõ · ſʒ corp9 qđ ex humo factũ eſt · id tñ hõ eſt. In/
habitãdo aũt in corpe aĩa ex ipa pticipacõe carnis hoĩs nomẽ
accepit · ſic aplus inteiorẽ hoĩeʒ diat aĩaʒ nõ carnẽ cõditã eẽ ad
dei ymaginẽ. Male g a q̃buſdã credit aĩaʒ hoĩs eẽ corporeã · que
p id ad dei ymaginẽ facta ẽ ut ſi nõ incõmutabilis ut de9 eſſʒ · tñ
incorporea ut dꝰ exiſteret. Sic angeli ita ⁊ anime . Habet eñ
iniciũ finẽ nullũ. Nã q̃dã in reb temporalia ſũt · quedã ꝑpetua
quedã vero ſempiterna. Temporalia ſũt quib ineſt ortus ⁊ o
bitus. Perpetua quib ortus nõ termin9. Sempiterna quib9
nec ortus nec terminus. Animam non eſſe partẽ diuine ſbſtã/
cie uel nature · nec eẽ eã pus q corpi miſceat ſʒ tũc eam creari
qñdo ⁊ corp9 creatur cui admiſci videt · phoꝝ ſentẽcie dicũt eẽ
aĩaʒ pus q naſcat ĩ corpe · qđ veꝝ eẽ nullis approbatur iudiciis
Nam vtrum antea fuiſſemus nec ipi nõ minus nec quis homi/
num dicat habemus. Non eſt ergo querendum quod queren/
do magis eſt irridendum. Gentiles ⁊ heretici de anima diſpu/
tare conantur · ſed quomodo de illa · aliquid recte ſentire poſ/
ſunt qui auctorem ad cuius ymaginem facta eſt non nouerũt.
Et ideo multa errore digna dixerunt . Mutabilis eſt anima
non localr ſʒ tpaliter ſuis affectionibus . Corpus autem ⁊ lo
co tempore mutabile q̃a a tpe mutatur · ⁊ variatur loco. Qđ
eſt ad corpus mutacio locorum hoc eſt ad animam mutabili/
tas cogitacionum. Que varietas male mutacionis · tunc mẽ/
te inheſit · quando ab eternorum contemplacione primus
homo recedens in illo ſtare noluit a quo male receſſit. Et iu/
ſta dampnacione incõſtãs p reꝝ rapt9 varietatẽ defluxit.

Multū ex ſua natura ſplēdorē poſſidȝ anima. ſȝ fuſcatˀ ꝯmixtiōe carnis q̄ retinetur incluſa. Ex ei9 eniȝ pte vertitˀ ad peccandi infirmitatē ſalomone dicēte. Corp9 corruptibile agguat aīaȝ ⁊ deprimit terrena inhabitacio ſenſū multa cogitantem.

De ſenſib9 carnis Capi^m. xv.

Non virtute nō ſēſu corpis. Sed racione mētis excellim9 animalia cetēa. Pro reb9 corporeis vtēdis ſufficit ſenſus carnis nō ꝓ ſpiritalib9 capiēdis. Illecti aūt homies vſū corporeaꝝ reꝝ nichil putāt aliud eē pter qd carnis ſenſu ꝯcipiūt. Sicut pcellunt ſibi corporei ſenſus diuerſitate locoꝝ ita ſibimet ⁊ vtute ſenciēdi pcellūt. Nam pſtācior eſt odorat9 ſapore ⁊ poſicione loci ⁊ ſenciēdi longīqtate. ſic auris odoratu. longi9 eniȝ audimus. quā odoram9. ⁊ ſic oculi aurib9. longi9 eniȝ videm9 q̄m audim9. Anim9 aūt ⁊ loco ⁊ merito hiis vniūſis ſenſib9 ſupfertˀ. In arce eniȝ capitis ꝯſtitut9 qd illi corpaliter nō attingūt iſte intellectualitˀ cōtuetˀ. Amplius excellit oculoꝝ ſenſus ceteris ſenſib9. Quādoq̄dē q̄ ad alios ptinēt ſenſus inde dicam9 veluti cū dicim9 vide quō ſonat. vid quō ſapit ſic ⁊ cetēa Queadmodū ocul9 ita ⁊ anim9 cetēa videt ſeſe nō intuetˀ. Aliaꝝ eniȝ reꝝ origines ſpecies ⁊ magnitudines pſpicit. De ſe aūt tanta veri ignorācia inficiatˀ. ut in hiis oiuib9 nichil cerci9 ꝯtempletur. Homo q̄ miraris ſideꝝ altitudinē ⁊ maris ꝓfunditatē. animi tui abyſſum intra te ⁊ mirare ſi potes. Multa cogitātes ſine ſenſu carnis ⁊ ſine ymaginib9 viuis animo tm̄ cernētes intuemur memoria q̄ mēte ſibi eas fingēte tenem9. Multa q̄ȝ intelligim9 ſenſu q̄ lingua explere nō poſſum9. Innoxios eē infātes ope nō eē innoxios cogitacōe. qꝛ motū quē gerūt mēte nō dū poſſunt explere ope. ac p hoc in illis etas ē inbecillis nō animus. Ad motū eniȝ volūtatis nō dū obtpat illis fragilitas corporis nec adeo ope nocere poſſunt. ſicut cogitacōe mouentˀ. Ex cauſa vocabulū ſortita ē cogitacio. Cogēdo eniȝ animū reminiſci qd memorie cōmēdatū ē dr cogitacio. Reꝝ oīm theſaurus memoria eſt. Ipa eſt eniȝ cuſtos reb9 inuentis ipa cogitatis de qua aliqd difficile ē aliquē diſputare. qa grādis ei9 ꝯplexitas eſt. Et anim9 ipē c̄ ymago a ſenſib9 corporis remota ſue q̄ȝ ſpeciei ſimilitudinē relinqt i memoria. Similitudinē autē nō p ymagines ſic cetera ſȝ ſic gaudiū ſine ymagine reminiſcim

dū obliuiōeȝ mēoraīn̄ n̄ ꝑ ſe ipaȝ adeſt qđ ſi ꝑ ſe ipa adeſſ꞉ vtiq꞉ nō obliuiſcēmur Cōmunē hoīs aīaliuq꞉ eē mēoriā nullū aūt animalibꝫ irracōabilibꝫ intellectū ineſſe niſi hoīni tn̄ ꝓdit racio. Ceteīs eīn̄ ī ipa q̄litate ꝯſideacōis ſue ſēſus carnis nō intelligēcia mentis eſt

De xpo filio dei Capitulum · xvi

Aliȷ̄ dei pfecta natiuitas nec cepit eē nec deſit · ne ptēita ſit ſi deſiit ⁊ ne impfc̄a ſit ſi ad huc fit · ſ꞉ ſic etn̄a ſit ⁊ pfecta q̄ten⁹ ī ea natiuitate etnitas ⁊ pfectio habeat̄. Ex vtero vgīnis minor dr̄ p̄re xps · videlicȝ iuxta hūanā aſſumpcōnē · nō iuxta diuinitatē. Xps ꝫ ī forma ſui ſu⁹ . ꝫ ī form̄ ſerui nō ſu⁹. In form̄ q̄ppe ſui dn̄i ſu⁹ · ꝫ ī form̄ ſui hoīm dn̄s. Criſtus ī form̄ ſui ꝓpter ꝯcepcōis excellēciā dn̄s ē hoīm q̄a ꝫ ſic ſuſcepit carnē nō tn̄ ex carnis libidīnoſa ꝯtagione. Mediator di atq꞉ hoīm homo xps ih̄s neq̄quā alt̄ ī hūaitate alter ī deitate ē ſ꞉ in vtraq꞉ nat̄a idē vn⁹ ē. Nec pur⁹ hō ꝯcept⁹ ē · nec pur⁹ hō edit⁹ ē · nec poſtea meritū ut de⁹ eſſ꞉ accepit ſ꞉ de⁹ vbū manēte incōmutabili eſſencia q̄ illi cū p̄re ꝫ ſpū ſācto ē coetn̄a · aſſūpſit carnē ꝓ ſalute hūana ī q̄ ꝫ impaſſibil̄ pati ꝫ immōtal̄ mori ⁊ etn̄⁹ an̄ ſcl̄a tpalis poſſit oñdi Mediator di ⁊ hoīm hō xps ih̄s q̄muis aliud ſit ex p̄re aliud ex vgīne nō tn̄ ali⁹ ex p̄re ali⁹ ex vgīe ſ꞉ ipē etn̄⁹ ex p̄re ipē tpal̄ ex mr̄e · ipē q̄ fecit · ipē q̄ fact⁹ ē ipē de p̄re ſine mr̄e · ipē de mr̄e ſine p̄re · ipē ꝯditoris tēplū · ipſe ꝯditor tēpli · ipē auctor opis · ipē op⁹ auctōis Manēs vn⁹ de vtroq꞉ ex vtraq꞉ nat̄a · nec naturaꝝ copulacōe ꝯfuſus nec naturaꝝ diſtinctōe geminat⁹. Jdo ds̄ ī hoīe venit q̄a ꝑ ſe ipm ab hominibꝫ cognoſci nō potuit. Sed vn̄ nob ꝯſuluit inde deſpectōeȝ tulit q꞉ infirmitatē q꞉ ꝓ nobis ſuſcepit hō ſupbꝫ deſpexit. Ob h̄ infirma ꝫ ſtulta mūdi elegit ut forciora ⁊ ſapiēciora ꝑ q̄ nō cognoſcebat̄ ꝯfūderet. Sic abū fortē inualid⁹ infans cape nō poteſt · niſi a mr̄e ꝑus edit⁹ ī lactis ſucū vertat̄ · ut qđ in cibo non potuit vti ſugēdo poteī in lacte ꝑ carnē · ita ꝫ nos dū eſſemus infirmi ad ꝯſpiciendā vbi eternitatē factū eſt ipm caro ut enutriti ꝑ carnē forciores q꞉ effecti abū ſolidū id ē · vbū dn̄i cū p̄re ſempiternū ꝯtēplādo ut āgeli faciem̄ Prima di dona eē q̄bꝫ nos nob reos eē oſtēdit q̄ dū iacēm⁹ ſb reatu culpe iuſtos nos eē ▯debam⁹ Venit patefecit vuln⁹ · ꝯpoſuit ſemetipm ⁊ de ſua morte nob mediciaȝ aptauit ut n̄ eſſ꞉ oñſor tn̄ vulnēi ſ꞉ ⁊ ſanator.

Primū ad iſrahel venit xp̄s ſicut ⁊ ipē ait· nō ſum miſſus· niſi
ad oues q̄ perierūt dom9 iſrahel. Ad populū iſrahel prius ve-
nit ꝫ qꝺ nō eſſꝫ credituri ꝓpħa nō tacuit dicēs. Prim9 ad ſyon
dicit aſſum ⁊ iheruſalē euāgelizatā dabo ⁊ vidi ⁊ nō erat neqꝫ
extitit quiſqꝫ q̄ iniret ꝯſiliū ⁊ interrogat9 reſpōdet vbū. Sed
qꝫ ad gētes tn̄ſiuit ſeqtur. Ecce ſeru9 meus ſuſcipiā eū electus
me9 ꝯplacuit ſibi nlt̄o anima mea dedi ſpiritū meū ſup eū iu-
diciū gētibꝫ ꝓferet. Quāuis ordinē nr̄e liberacōis neſcierit dy-
abol9 ſciuit tn̄ qꝫ ꝓ ſaluacōe hoim xp̄s aduēit ꝫ qꝺ ſua idē nos
morte redimēt ignorauit Vn̄ euā occidit nā ſi ille xp̄m p morte
redimē hūanū gen9 ſciſſꝫ n̄ eū vtiqꝫ pemiſſꝫ Qꝺ nouerit dyabol9
ꝓ ſalute hūani gn̄is xp̄m veniſſe euāgeliū teſtimōio docet Quē
ut vidit cogſcēdo ptimuit dicēs qꝺ nob ⁊ tibi fili dei. Veniſti
ante temp9 pdere nos. Xp̄s ſic peccatū qꝺ pena dignū eſt non
admiſit· ita penā peccati nr̄i ſuſcepit ut p indebitā penā ſuam
debitā ablueret culpā nr̄am. Vt p h̄ amitteret dyabol9 quos re
os tenebat· dū vnū interfecit q̄ nichil pcc̄i admiſerat Ideoqꝫ
quos quaſi iuſte tenuit amiſit qꝫ iniuſte redēptorē nr̄m occidit
Illuſus ē dyabol9 morte dn̄i q̄i auis. Nā oſtēſa xp̄s ſue carnis
mortalitate quā interimēdā ille appetebat abſcōdit diuinitatē
ut laqueū quo eū velud auē improuidā prudēti irretiret decipu
la. Nam ſi innoxius xp̄s nō occideret hō dyabolo addict9 p pre
uaricacōez nō abſolueretur. Dyabol9 dū in xp̄o carnē humani
tatis impetit q̄ patebat· quaſi hamo diuinitatis ei9 capt9 eſt
q̄ ī latebat Eſt eni in xp̄o ham9 diuinitas eſca aūt caro· linea
genealogia q̄ ex euangelio recitat̄. Tenēs vero hāc lineā deus
pater ē de quo dicit aptus caput xp̄i de9. Et lucas lineā gn̄a-
cionis xp̄i ab ymis ad ſūma ꝯtexēs inchoat a ioſeph ⁊ ꝯſūmat ī
deū· dū dicit q̄ fuit heli ⁊ pficiēs lineā gn̄is dicit qui fuit dei.
Idcirco dn̄s in infernū deſcēdit ut hijs q̄ ab eo n̄ penalit̄ deti-
nebātur viā apperiret reuertēdi ad celos· ſcd̄m teſtimoniū yſa
ie ꝓphete dicētis. Poſuiſti ꝓfundū maris viā· ut tn̄ſiret libe-
rati. Viā quippe xp̄s inꝓfūdū maris poſuit· qn̄ infernū deſcē
dens ſāctis iter ad celos reūtēdi mōſtrauit. Sancti ex tpe re-
ſurrectōis xp̄i ſtatim ut de corpore exeūt mox ad celeſtē habi
tacionē aſcēdūt qꝺ antiqs patribꝫ nō dabat̄ Nā an̄ aduentum
ſaluatoris· quāqꝫ ſine pena ſupplicij tn̄ nō in celo ꝫ in inferno

ſanctoꝝ anime tenebant̄ . Pro quibꝫ abſoluēdis · dn̄s in infernū
deſcēdit. Criſtus in celū aſcēdēs diſceſſit q̇dem carne ſꝫ pn̄s eſt
maieſtate · ſcd̄m illud qđ ait. Ecce ego vobiſcū ſū uſq̄ ad con-
ſūmacionē ſeculi. Sedet xp̄s ad dexterā pr̄is. Non ut dexterā
corporeā habeat pr̄ ſꝫ dextēa pr̄is b̄titudo ē ſic̄ ſiniſtra miſeria:

Spiritꝰ ſāctꝰ ¶ De ſpiritu ſācto Capitulū · xvij ·

creatoꝛ ē ſicut pater ⁊ v̄bū teſtāte ꝓpha. Spūs dn̄i fe-
cit me · ⁊ ſpiraculū om̄ipotētis viuificauit me Spiritꝰ
ſanctꝰ pr̄is ⁊ filij eſt · ⁊ inde vnū ſūt pr̄ ⁊ filiꝰ · q̇a nichil habꝫ
pr̄ qđ nō habꝫ filiꝰ. Non em̄ res vna ⁊ duoꝝ ꝯſbſtācialis pote-
rit ſimul ab eis ꝓcedē · ⁊ ſimul ineſſe · niſi vnū fuit a q̇bꝫ ꝓce-
dit. Spūs ſācti pignꝰ accepit eccleſia · ut ꝑ eū in vno coꝛpore
vnū fieret credētes. Per quē pr̄ ⁊ filiꝰ vnū eēncialit̄ ſint · ipo
ſalutoꝛe ad pr̄eꝫ dicēte · ut ſint vnū ſic̄ ⁊ nos vnū ſumꝰ. Xp̄s nō
tm̄ a pr̄e ſꝫ eciā a ſpiritu ſancto ſe miſſū teſtat̄ dicēte ꝓpha. Ac
cedite ad me ⁊ audite: Nō a pn̄cipio ī abſcōdito locutus ſū ex
tp̄e anteq̄ꝫ fieret ibi eram · ⁊ nunc dominꝰ miſit me ⁊ ſpiritus
eiꝰ. Spiritꝰ ſāctꝰ pro eo qđ ꝯſolatoꝛ ſit paraclitꝰ nuncupat̄.
Nam latine paraclitus conſolacio dicitur. Et reuera dū dona
ſacramētoꝝ diſtribuit ꝯſolacionē anime pꝛebet. Credo eq̇dē q̄ꝫ
magnā leticiā ſentit qui aliq̇đ reuelāte ſpū dicit. Donū ſancti
ſpūs ī mēbris eccleſie ſigillatim diuidit̄ ⁊ ī ſingul̄ ſingula don̄
tribuūtur. Xp̄s aūt oēm pleītudinē gr̄aꝝ habuit de quo ita le
git̄ plenꝰ gr̄a ⁊ v̄itate In xp̄o ğ ois pleītudo gr̄aꝝ ē nā ſingul̄
electis ſingl̄a don̄ t̄buunt̄ In ſpū ſcō ois gr̄a donoꝝ ꝯſiſtit Ipe
em̄ ꝓ ut vult gr̄aꝝ don̄ largit̄ · aliis dās ſmonē ſapiē · aliis ſciē
cie · aliis fidē · atq̄ꝫ ita vnicuiq̄ꝫ v̄tute ſpūs ſci diuiſio gr̄aꝝ tri-
buit̄ ⁊ ī oibꝫ idē vnꝰ habet̄ Ipe em̄ eciā ineffabilia docꝫ q̄ ꝓferre
hūanꝰ ſmo n̄ pt̄ Añ aduētū dn̄i tm̄ ꝓphe ⁊ pauci ex om̄i ppl̄o iu
ſti donū ſci ſpūs merebant̄ Poſt aduētū aūt dn̄i ſpūs ſcūs cūctiſ
ē ꝯdētibꝫ diſtributꝰ iuxta qđ ꝑ ꝓphaꝫ dn̄s loquit̄ di. Et ecce in
nouiſſimis diebꝫ effūdā đ ſpū meo ſup om̄eꝫ carnē ⁊ ꝓphabūt fi-
lij vr̄i ⁊ filie vr̄e Cūctis em̄ nūc gētibꝫ gr̄a ſci ſpūs ᵗdita ē neq̄ꝫ
in paucis ā ī ppl̄o iſrl̄ ſꝫ ī om̄i ꝯdēciū mlt̄itudīe ſpūs ſci gr̄a manꝫ
aliq̄n n̄ digis ⁊ repꝛob don̄ ſpūs ſci ꝯferūt ſic̄ ſaulo data ē ꝓphia
⁊ balam vnde ⁊ multi in fine dicturi ſunt domine v̄tutes ī tuo
noīe fecimꝰ. Quibꝫ dicturus eſt dn̄s. Neſcio vos vnde eſtis.

Xp̄i aduētū nō tm̄ plebis iudee s̄ācti ꝓphētātes expectauerīt · ſ;
fuiſſe ecīā ī nacōibꝫ pleroſq; ſcōs viros ꝓphēcie donū hn̄tes qbꝫ
p ſpm̄ ſcm̄ xp̄s reuelabat᷑ ⁊ a qbꝫ ei⁹ expectabat᷑ aduēt⁹ ſic̄ Iob
ſic̄ balam q̄ xp̄i vtiq; p̄dicauerīt aduētū. Conuſio gētiū veteri
ꝑpl̄o latebat · ſ; tn̄ ī ꝯſilio dī erat · ut fieret ⁊ iā tūc a ſ̄āctꝭ pro
phetis occulte p ſpm̄ ſ̄āctū p̄dicabat᷑ aduēt⁹ xp̄i ſic̄ dicit ꝑpha
Cū appropīnqueīnt ānī cog̃ſceīs cū adueneīt tēp⁹ oſtēdeīs Nūc
vero reuelatū patꝫ qd̄ tūc carnalibꝫ latebat · ſpūalibꝫ veo no
tū erat. Nōdū tamē manifeſte dicebat᷑ eo q; tēp⁹ oſtenſionis
non eſt. De lege Capitulnm decimūoctauum.

Via p quā itur ad xp̄m lex ē · p qm̄ vadūt iuſti ad deū · ⁊
ut ē intelligūt eā. Sāctaꝝ ſcripturaꝝ altitudo qī mon
tes paſcue ſūt · ad quos dū quiſq; iuſtoꝝ aſcendit. Pa
ſcue indeficiētis refectōeꝫ inueniſſe ꝯgaudꝫ. In ſcripturis ſ̄āctiſ
qī ī mōtibꝫ excelſis · ⁊ viri pfecti hn̄t ſblimia intelligēcie · quibꝫ
greſſus ꝯtēplacōis · qī ceruī erigāt ⁊ ſimplices qī pua aīalia in
ueniūt mōitos intellect⁹ · ad quos hūiles ipi refugiāt. Scri
ptura ſacra infirmis · ⁊ ſenſu puulis · ſcd̄m hyſtoriā hūilis videt᷑
in vbis · cū excellēcioribꝫ aūt viris alci⁹ incidit · dū eis ſua mi
ſteīa pādit ac p h̄ vtriuſq; manꝫ ꝯmunis ⁊ puulis ⁊ pfectis Scri
ptura ſacra ꝑ vniuſcuiuſq; lectoris intelligēcia variat᷑ Sic̄ man
na q̄ populo veteri ꝑ ſingulоꝝ delectacōe variū dabat ſaporem
Iuxta ſenſuū capacitatē ſingulis ſmo dominic⁹ ꝯgruit. Et dū
ſit ꝑ vniuſcuiuſq; intellectu diuiſus · in ſe tn̄ pmanꝫ vn⁹. Ideo in
libris ſ̄āctis qdā obſcura qdā apta repiunt᷑ ut intellect⁹ lectois
⁊ ſtudiū augeat᷑. Nā ſi cūcta clauſa exiſterēt ꝯfeſtim diffidēciā
gignerēt Ne g̃ de obſcuris deſpacio fiat · ea q̄ maīfeſta ſūt ſaciāt
Et ne de intellectis faſtidiū exiſtat · ea q̄ clauſa ſūt deſiderium
excitāt. Nā pleraq; qn̄to magis latēt tāto magis exēciciū pre
bēt. In ſcripturis ſ̄āctis ſepe ea q̄ futura ſūt qī facta narrātur.
Sicut ē illud dederūt ī eſcam meā fel · ⁊ potauerūt me aceto.
Sed cur futura qī p̄terita ſcribunt᷑ niſi q; q̄ adhuc faciēda ſūt
in ope · iā facta ſūt ī diuina p̄deſtinacōe. Nob igit᷑ tpalit᷑ acce
dūt · que a ꝯditore oīm ſine tpe ꝑuidētur. Propterea ꝑpha reꝝ
futuraꝝ geſta p̄teīta pn̄tibꝫ miſcet rebꝫ · ut ita credant᷑ illa fu
tura · queādmodū iſta cernūtur eē ꝯpleta. More eni ſuo p pn̄cia
de futuris loq̄tur · ſic̄ in pſona iheruſalē de eccleſia ⁊ ſic̄ in pſona

eſtaim de heriticis. Pro factis diuinis pleꝝ꜖ ⁊ dicta ponũtur
id circo q̃a nõ opacõe manuũ de⁹ ſʒ dicẽdi imperio opat̃ ſic ſcri-
ptũ ẽ. Dixit ⁊ facta ſũt. mãdauit ⁊ creata ſũt. Quod i ſcriptu-
ris ſacris vna bis repetit̃ ſentẽcia aut ↄfirmacõis cauſa ẽ. aut
miſteriũ. ſicut lex ꝛ gr̃a. ſicut iniciũ ꝛ pfectio. ſicut bonũ ꝛ me
lius. Lex diuina in tribꝫ diſtinguit̃ ptibꝫ id ẽ in hiſtoria. in p̃ce
ptis. ⁊ i ꝓphetis. Hiſtoria ẽ in hĩs q̃ ſũt. p̃cepta i hĩs q̃ iuſſa
ſũt. ꝓphecia i hĩs q̃ futura ꝓnũciata ſũt. Lex diuina triplici
ſencienda ẽ modo. Primo ut hiſtorice. Scd̃o ut tropologice.
Tercio ut miſtice intelligat̃. Hiſtorice nãꝗ iuxta lr̃aꝫ. Tro-
pologice iuxta moralẽ ſentẽciã. Miſtice iuxta ſpiritualẽ intel
ligẽciã. Ergo ſic hiſtorice oportꝫ fidẽ tenere. ut eã ꝛ moralit̃
debeam⁹ interp̃tari ꝛ ſpiritualit̃ intelligẽ. Tria ꝛ ſeptẽ decẽ p̃
cepta ſũt. ſʒ tria ad amorẽ dei ptinẽt ſeptẽ ad hoĩes. Illa tria
que ad dñm ptinẽt i vna tabula ſcripta ſũt. reliq̃ ſeptẽ in ſcd̃a.
In p̃ma tabula triũ mãdatoꝝ hoc p̃mũ eſt diliges dñm deum
tuũ. In ſcd̃a honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ hinc ẽ qđ ꝛ ſaluator ſcri
be interrogãti qđ p̃ceptũ eſt p̃mũ i lege ait Audi iſrahel dñs
deus tuus de⁹ vn⁹ ẽ hoc p̃mũ eſt. Scd̃m vero ſimile ẽ huic. Di-
liges ꝓximũ tuũ ſicut teip̃m. Vnũ eni p̃ceptũ de p̃ma tabula
dixit ꝙ ad dei ptinꝫ amorẽ. Alteꝝ vero de alia tabula. quod ad
homĩs ptinet dilectõeꝫ ¶ De eccleſia ꝛ hẽſibꝫ ¶ Caᵐ. xix.

Gemina eſt eccleſie pulchritudo. vna q̃m hic bene vi-
uendo ↄſeq̃tur. Altera p quã illic ꝛ retribucõe glorifi-
cabit̃ Eccleſie ꝓpter xp̃m gemine tribulacões exiſtũt
id ẽ ſiue q̃s a paganis ptulit i martiribꝫ ſiue q̃s ab hẽticis p
fert i diũſis ↄcertacõibꝫ. Vtraſꝗ aũt p gr̃aꝫ dei exupat. ptim
ferendo ptim reſiſtẽdo. Sancta eccleſia catholica ſicut male vi-
uẽtes in ſe paciẽter tolerat. ita male credẽtes a ſe repellit San
cta eccl̃ia ↄtra gentiliũ atꝗ hereticoꝝ ptinaciã ſumope ſapiẽciã
⁊ pacienciã oppone ſtudet. ſʒ exercetur ei⁹ ſapiẽcia cũ tẽptatur
verbis exercet̃ paciẽcia cũ tẽptat̃ gladĩs. Nũc eni pſecucõib⁹
appetitur. nũc falſis aſſercõnibꝫ laceſſitur. Cauſa p̃uitatis he
retice doctrina ẽ ꝓpagata eccleſie nã ante ſimplici tantũ fide
vigebat. hereticoꝝ igit̃ occaſione ꝓpagati ſũt doctores i fide
ꝛ p acumina hereſũ eccleſie magriſtri creuerũt. Nam tũc cla-
rus manifeſtat̃ veritatis aſſercio quãdo patuerit q̃libꝫ diſſenſio

Sancta ecclesia ideo dr̄ catholica. pro eo qd̄ vniūsaliter p omē
mūdū sit diffusa Illā hereticoꝝ ecclesie ĩ ptib' mūdi coartātur
hec vero in toto orbe diffusa expādit̄ paulo attestante apl'o.
Gr̄as inq̄t ago deo ꝓ omnib' nobis q̄a fides nr̄a ānunciat̄ ĩ vni
uerso mūdo. Hereses aūt ĩ aliquo angulo mūdi. aut ĩ vna ꝓuin
cia inueniūtur vsari. Ecclesia vero catholica. sic p totū mūdū
extēdit̄. ita ⁊ oīm gētiliū societate astruit̄. Qui sūt hēses nisi
qui relicta dei ecclesia ꝑuatas elegerūt societates. De quib; do
min9 dicit duo mala fecit ꝓplus me9. me dereliq̄rūt fōtē aque
viue. ⁊ effoderūt sibi cisternas. cisternas dissipatas q̄ ɔtinere
nō valent aquas. Causa heresis ob q̄m rem fit. ad exercitacio
nem fidei. Videlic; vero p quā fit. obscuritas ē diuinaꝝ scriptu
raꝝ in qua caligātes heretici aliud quā se res habeat intelli-
gunt. nec esse possunt q̄a idipm qd̄ existunt hēses iam nō sūt.
Male eīn sēcēdo eē iam desierūt. ad nichilū eīn tēdūt heretici
ingenti studio mēdacia sua discūt. ⁊ labore vehemēti ne in vni
tatē ecclesie veniāt decertāt. de quib' p ꝓphetā cōgrue dicitur
Docuerūt linguā suā loq̄ mēdaciū. ⁊ ut inique agerēt labora-
uerūt. Dum vicissim heretici mutuo se lacerāt. qn̄ alterutrū
se in ꝓprias sectas inducūt sic tn̄ inuicē sese colligūt ut contra
ecclesiā pari erroris spū decertēt. Et q̄ abinuicē sūt diuisi ĩ ad-
uersitate ecclesie simul existūt vniti eisq; q̄ ꝓ eo q; tm̄ valeāt
hereses videtur hr̄e veritatē. Hoc rn̄dum ē. Nō ideo soluti ꝓpo
nēdo sūt morbi. q̄ plerūq; ita generalit̄ corp9 occupant ut par
uum saluti locū relinq̄nt ¶ De hereticis ¶ Caᵐ. xx.

Non posse hereticos hr̄e veniā. nisi p ecclesiā catholicā.
sicut ⁊ amici iob nō p se placare deū potuerīt. nisi ꝓ eis
iob sacrificiū obtulisset. Opera bona q̄ heretici faciūt ⁊
iusticia eoꝝ nichil eis ꝓdest. testāte dn̄o p iheremiā. Quia mei
oblit9 es ecce ego ānunciabo iusticiā tuā. ⁊ opa tua nō ꝓderūt
tibi. Heretici quāuis legē ⁊ ꝓphas adimpleāt. ex eo tn̄ qd̄ ca-
tholici nō sūt. Nō est ds̄ in eoꝝ ɔuētib' ipo dn̄o testāte. Si ste
terit moyses ⁊ samuel corā me nō est anima mea ad populum
istū Eice eos a facie mea ⁊ egrediātur. Per moysen q̄ppe ⁊ sa-
muel legē accipe ⁊ ꝓphas quos quāuis heretici ope implere cō
tendāt. Propter erroris tamē impietatē a vultu dei ꝓiciūtur.
⁊ a iustoꝝ ɔuētib' sepant̄. Paganꝰ ⁊ heretic9 ille q̄a nūquā

fuit cū dei populo · iſte q̄a receſſit a dei populo vterqꝫ recedē-
tes a xp̄o ad diaboli ꝑtinēt corpꝰ Qui ab ydolat̃a ad iudaiſmū
uel hereſim trāſeunt iuxta ꝓpheā de malo ad malum egreſſi ſūt
dominū nō cognouerūt · quia de infidelitatis errore ad aliū trāſ
ierunt. Cuiꝰ doctrinā quiſqꝫ ſequit̃ huius ⁊ filius nuncupatur
Hic ⁊ ꝓphetā amorreū patrē ⁊ cetheā matrē eē iſrl̃ dn̄s dicit
Non vtiqꝫ naſcēdo ſed imitādo. Hic etem̄ meliorē partē filij dei
imitantur qui p̄cepta dei cuſtodiunt. Vnde ⁊ nos non natu
rā · ſed ⁊ opacione clamamꝰ deo dicētes. Pater noſter qui es in
celis. Non ſolū tantū natiuitate ſed eciā imitacōne filios poſ
ſe alicuiꝰ vocari. Nam iudei ſecūdū carnem filij abrahe ſecun
dum conuerſacionem filij diaboli nuncupātur · ac per hoc illi
ſunt ſemen abrahe qui eius imitatur fidem · non qui ex eius ge
nerati ſunt carne. De errore auctoris trahitur a quibuſdam
⁊ nomen ⁊ culpa ut ipſius vocabulo cenſeatur cuiꝰ errorē ex-
equit̃. Sicut eccleſie pergami in apocalipſi dicit̃. Habes te-
nentes doctrinā balaam ⁊ iezabel. Doctrinā igit̃ balaam dicit̃
habere tiathiris. ꝓpter imitacionē nō ꝓpter p̄ſenciā corpalem

## De gentibꝰ philoſophis ¶ Caᵐ · xxi ·

Philoſophi gēciū nō ſicut oportet dm̄ q̄rētes in anglos
inciderūt p̄uaricatores. Factuſqꝫ eſt illis mediator di-
abolus ad mortē ſicut nob̄ xp̄s ad vitā. Multū mūdi
philoſophi p̄dicāt in diuiſione tēpoꝝ · curſuqꝫ ſideꝝ ac diſcuſ
ſione elemētoꝝ · ⁊ tn̄ hoc nō niſi a deo habuerūt. Volādo em̄ ſu
perbe ut aues aerē ⁊ emergētes in ꝓfundū ut piſces mare ⁊ ut
pecora gradiētes terrā deſcripſerūt · verūtamē tota mēte aucto-
rē eoꝝ intelligē noluerūt. Quare non poſſunt animalia bruta
interrogare q̄a neſciūt rōnari. Ido nō diſſimiles gētiles hoīes
animalibꝰ q̄ talia nō ꝯſiderātes ⁊ ip̄a amplius diligētes uſqꝫ ad
eoꝝ cultum euanuerūt Via xp̄s eſt ſi q̄s in ea nō gradit̃ nō ē
quomodo veniat ad deum. Philoſophi aūt mundi vtiqꝫ deum
cognouerunt · ſed qꝛ diſplicuit illis humilitas criſti in inuio
tranſierunt ⁊ non in via. Ideoqꝫ euaneſcentes gloriam dei in
mendacio mutauerunt ⁊ rectitudinē vie relinquerunt aufra-
ctus inciderunt errorum · Primum vnicuiqꝫ eſt ſcire quid appe
tat · ſecundum vero eſt ut id qꝫ appetit apprehēdat. Impfecta
quippe ſapiēcia ē quo tēdas ſciē ⁊ neſcire iter p̄ qd̄ expediat ire

Quid eñ ꝓdest si q̃s famis tp̃e vbertatis regionem videat. ⁊ viã p̃ quã ad illã p̃gat ignorat. Ecce patriã quisq̃ q̃rit sed viã p̃didit errãdo gradit̃. nõ ꝓficiẽdo q̃ntoq̃ plus ambulat tanto magis ab eo qđ q̃rit elõgat. Qui viã regiã h̃ est xp̃m deserit ⁊ si videat veritatẽ a lõge videt q̃a nisi p̃ viã non est quõ ad eam ꝓpinquet. Qđ si gradiẽs p̃ deſtũ leonẽ incurrerit semetip̃m redarguat dũ i dyaboli faucib⁹ deserat. De differẽcia testamẽtor. Ca^m. xxij.

Quidã ideo nõ recipiũt vet⁹ testamẽtũ pro eo q̃ aliud in tp̃e prisco aliud agat̃ in nouo. Nõ intelligẽtes q̃ d̃s qđ cuiq̃ cõgrueit tpi incognita quadã distribucõe ꝯcesseit sicut i lege imp̃at nupcias i euãgelio v̾ginitatẽ ꝯmẽdat. In lege oculũ pro oculo auferre in euangelio alterã p̃bere p̾cucienti maxillã. Sed illa ꝓ tp̃e fragili ꝑpl̃o ista vero p̾fecto. vtraq̃ tñ ꝓ tp̃e suo queq̃ ꝯueniẽcia cõmodãs. Et tamẽ ꝓ ista mutacõe nõ est credẽd⁹ d̃s mutabilis. sꝫ poci⁹ inde admirabilis p̃dicãd⁹ ẽ q̃a manẽs incõmutabilis qđ cuiq̃ ut dixim⁹ tp̃e cõmodũ fuit magna cũ distribucõe ꝯcessit. Sub veteri testamẽto minoris culpe erãt p̃cc̃a q̃a i ea nõ ip̃a veritas sꝫ vmbra veritatis aderat. Nam in testamẽto nouo p̃ceptis alcioribus veritate manifesta facta quedã q̃ in illo ꝑpl̃o vmbre v̾itatis deſuierãt deserẽda. nobis p̃cipiunt̃. Illic eñ fornicacio ⁊ retribucio iniurie p̾missa sunt nec nocebãt. In testamẽto aũt nouo graui animad̾ũsiõe dãpnant̃ si admittant̃. De Simbolo ⁊ oracione. Ca^m. xxiij.

Fidei simbolũ ⁊ dñica oõ pro tota lege paruulis ecclesie ad celor regna sufficit capessenda. Om̃is eñ latitudo scripturar i eadẽ or̃one dñica ⁊ simboli breuitate ꝯcludit̃. Vñ ⁊ ꝓp̃ha ysaias dicit ad breuiacõez audiui a dño deo exercituũ sup̾ vniũsam terrã. Attẽdite ⁊ audite eloquiũ meũ scꝫ abbreuiacio aut illud intelligit̃ q̃ dñs diciat omnẽ legẽ ⁊ ꝓp̃has in duob⁹ p̃ceptis dilectõis dei ⁊ ꝓximi pendẽ. aut ꝓpter ip̃az oĩonẽ dñicam uel simboli breuitatẽ i quib⁹ ut p̃dictũ est om̃ez scripturar coartari latitudinẽ.

De Baptismo ⁊ cõmunione Ca^m. xxiiij.

Solam ecclesiã catholicã habere baptismũ ad salutem Zacharias ꝓp̃ha testat̃. Inde inq̃t illa erit fõs patẽs domui dauid ⁊ habitantib⁹ in iherusalẽ in ablucionẽ peccatoris ⁊ menstruate. Domus quippe dauid ⁊ iherusalem

xpi eccleſia ē· in q̄ manat fōs ī ablucōēʒ pctōꝝ. Heretici aūt id ſolū ymaginaria oſtētacōe faciūt· ideoqꝫ illis baptiſm⁹ n̄ ad remiſſionē pctōꝝ ſʒ ad ſupplicij teſtimoniū datˀ. Pro ſolo reatu originali luunt in inferno nup nati infātuli penas ſi renouati p lauacꝝ nō fuerint. Proinde q̄ cauſa nup nat⁹ dānatˀ infās ſi nō regnatˀ. Quia originis noxietate pimitˀ. Cur paruuli pcto originali carētes p baptiſmū ⁊ nec dū ꝓpriū hn̄tes delictū a beſtijs peniſqꝫ ceteris laniātur. Hec igitˀ cauſa ē. Baptiſmū eni a pena eterna nō a pn̄tis vite ſupplicio liberat. Nā ſi a pena pn̄ti homines liberarētur p baptiſmū ipm putare ut baptiſmi pmium nō illud etnū. Ergo ſoluto reatu pcti manʒ tn̄ quedā tpalis pena ut illa vita feruenci⁹ reqratˀ q̄ erit a penis oībꝫ aliena. Nullus negat fideliū eciā poſt baptiſmū quo pcta delētur quotidie quādiu in iſto ſeculo ſum⁹ ad deū nos debere ꝯuerti. Qđ quāuis ſine intermiſſione ſit quotidie agēdū· nūqꝫ tn̄ feciſſe ſufficiet. Qui in maternis vteris ſūt ideo cū mr̄e baptiſari nō poſſunt· qa q̄ nat⁹ adhuc ſcđm adam nō eſt renaſci ſcđm xpm nō poteſt. Neqꝫ eni dici regeneracio in eo poterit quē generacio non preceſſit. Qui intra eccleſiā nō ex dignitate eccleſie viuūt ſed fidē quā verbo tenēt opibus deſtruunt de ipīs legitur Qui ſcelerate viuūt in eccleſia ⁊ cōmunicare nō deſinūt putantes ſe tali cōmunione mundari diſcāt nichil ad emundacōnē ꝓficere ſibi dicēte ꝓpheta. Quid eſt qđ dilect⁹ meus in domo mea fecit ſcelera multa. Nūqđ carnes ſancti auferēt a te malicias tuas. Et aptˀs ꝓbet inqt ſe homo· ⁊ ſic de pane illo edat ⁊ de calice bibat

¶ De ſeptem regulis ¶ Cam·xxv·

SEptem eē inter cetera regulas locucōnū ſanctaꝝ ſcripturaꝝ· quidā ſapientes dixerūt. Prima regula eſt de domino ⁊ ei⁹ corpore que de vno aut ad vnū loquitˀ atqꝫ in vna perſona· mō capud modo corp⁹ oſtēdit ſicut yſaias ait. Induit me veſtimento ſalutari q̄ſi ſponſū decoratū corona ⁊ quaſi ſponſam ornatā monilibꝫ ſuis. In vna eni perſona duplici vocabulo nominata ⁊ caput ideſt ſponſū ⁊ eccleſiā ideſt ſpōſam manifeſtat. Proinde notandum eſt in ſcripturis· quando ſpecialiter caput deſcribitur· quando ⁊ caput ⁊ corpus · aut quando exutroqꝫ tranſeat ad vtrumqꝫ aut ab altero ad alterū· ſicqꝫ qđ capiti quid corpori cōueniat prudēs lector intelligat

¶ Secūda regula eſt de dn̄i corpe vero ꝛ ꝑmixto. Nā vident̄ q̄dam
vni ꝯuenire ꝑſone qđ tn̄ nō eſt vni9 ut ē illud. Puer me9 es tu
iſrahel ecce deleui ut nubē iniq̄tates tuas ꝛ ſic nebulā pcc̄a
tua ꝯuertere ad me ꝛ redimā te. Hoc ad vnū nō ꝯgruit. nā al
tera ps ē cui pcc̄a deleuit. cui dicit puer me9 es tu. ꝛ altēa cui
dicit ꝯuertere ad me ꝛ redimā te. Qui ſi ꝯiūtant̄ eoꝝ peccata
delent̄. Per hāc em̄ regulā ſic ad om̄es loquit̄ ſcriptura ut bo
ni redarguant̄ cū malis. ꝛ mali laudent̄ cū bonis. Sed quid ad
quē ꝑtineat. q̄ prudēter legerit diſcet ¶ Tercia regula ē de lit
tera ꝛ ſpū ideſt de lege ꝛ gra. lege p q̄ p̄cepta facienda admo-
uemur. gr̄a p q̄ ut opemur viuam9. uel q lex nō tm̄ hiſtorice
ſ3 eciā ſpiritaliter ſenciēda ſit. Namq3 ꝛ hiſtorice oportz fidē
tenere ꝛ ſpiritaliter legē intelligē ¶ Quarta regula ē de ſpecie
ꝛ genere. p quā ps ꝓ toto ꝛ totū ꝓ parte accipit̄. veluti ſi vni
populo uel ciuitati loquat̄ de9 ꝛ tn̄ intelligat̄ om̄ez ꝯtingere
mūdū. Nā licet adūſus vnā ciuitatē babiloniā p yſaiam ꝓphetā
dn̄s cōmīnet̄ tn̄ dū ꝯtra eccleſiā loq̄tur. trāſit ad gen9 de ſpe-
cie ꝛ ꝯiūtit ꝯtra totū mūdū s̄mone. Certe ſi non dicēt adūſus
vniūſū orbem. non adderet infra generalit̄ ꝛ diſpdā om̄ez terrā
ꝛ viſitabo ſup vrbes mala. ꝛ cetēa q̄ ſequūtur ad interniciōnē
mundi ꝑtinēcia. Vn̄ ꝛ dicit. hoc ē ꝯſiliū qđ cogitaui ſup omnem
terrā ꝛ hec ē man9 ei9 extēſa ſup om̄es gētes. Itē poſtq̄m ſub
perſona babilonie arguit vniūſū mūdū. rurſus ad eādem q̄ſi de
genere ad ſpeciē reuertitur dicens. q̄ eidē ciuitati ſpecialiter
cōtigerūt Ecce ego ſuſcitabo ſup eos medos. Nā regnāte bal-
thaſar a medis ē obtēta babilonia. Sic ꝛ in onus egipti ex p-
ſona eiuſdē totū vult intelligē mūdū dicēdo. Et cōcurrē faciā
egiptios adūſus egiptios. regnū adūſus regnū. cū egipt9 nō
multa regna ſ3 vnū habuiſſe deſcribitur regnū ¶ Quinta regu
la ē de tēporib9 per q̄ aut ps maior tpis p partē minorē. aut ps
minor tpis p partē maiorē inducat̄. ſic ē de triduo dn̄ice ſepul-
ture. dū nec trib9 plenis dieb3 ac noctib9 iacuerit in ſepulchro
ſ3 tm̄ a parte totū triduū accipit̄. Vel ſic illud qđ q̄dringētis
annis p̄dixerat d̄s filios iſrahel in egipto s̄uituros. ꝛ ſic inde
egreſſuros. q̄ tn̄ dn̄ante ioſeph egipto dn̄ati ſūt. Nec ſtatim
poſt q̄dringētos annos egreſſi ſūt ut fuerat ꝓmiſſum. ſ3 q̄drin-
gentis triginta peractis ab egipto receſſerunt. Eſt ꝛ illa de

temporibꝰ figura ꝑ q̄m quedā q̄ futura sūt q̄i iā geſta narrant̄ ut eſt illud. foderūt man⁹ meas ⁊ pedes meos. dnumerauerūt omnia oſſa mea. ⁊ diuiſerūt ſibi veſtimenta mea. ⁊ hm̄ıs ſimilia in q̄bus futura tāq̄ ſi iam facta ſint ita dicunt̄. Sed cur q̄ ad huc facienda erāt iam facta narrant̄. Quia q̄ nobis adhuc futura ſūt apud dei eternitatē iā facta ſūt. Qua ꝓpter qn̄ aliqd faciēdū eē ꝓnūciat̄ ſcđm nos dicit̄. quādo vero q̄ futura ſūt iā facta dicunt̄. ſcđm dei eternitatē accipiēda ſūt. Sexta regula eſt de recapitulacione. Recapitulacio em̄ eſt dum ſcriptura redit ad illud cuius narracio iam trāſierat ſicut cū filios filioꝝ noe ſcriptura cōmemoraſſꝫ dixit illos fuiſſe in linguis ⁊ gentibus ſuis. ⁊ tn̄ poſtea quaſi hoc eciā in hoc ordine temporum requirit̄. Et erat inquit omnis terra labiū vnū ⁊ vox vna omnibus erat. Quomodo ergo ſecundū ſuas gentes ⁊ ſecundū ſuas linguas erant ſi vna lingua erat omnibꝰ. niſi q̄ ad illud quod iam tranſierat recapitulando eſt reuerſa narracio. Septima regula eſt de dyabolo ⁊ eius corpore quia ſepe dicuntur ipi capiti. que ſuo magis cōueniūt corpori ſepe vero eius vident̄ dicta menbroꝝ ⁊ non niſi capiti cōgruunt. Vt eſt illud in euangelio de zizaniis tritico ad mixtis. dicente dn̄o. Inimic⁹ homo hoc fecit. hominē ipm dyabolū vocans ⁊ ex nomīe corporis caput deſignās. Itē ex noīe capitis ſignificat̄ corpus. ſic in euangelio dicit̄. duodecim vos elegi ⁊ vnus ex vobis dyabolus eſt. iudam vtiq̄ iudicans quia dyaboli corp⁹ fuit. Apoſtata quippe angelus omniū caput eſt iniquoꝝ. ⁊ hui⁹ capitis corpus ſūt omnes iniqui. ſic q̄ cū menbris ſuis vnitus eſt ut ſepe quod corpori eius dicitur ad eum pocius referatur rurſum qđ illi ad mēbra iteꝝ ipius dirriuet̄

De martirio Cam. xxvi.

Ei ſeruus aduerſitate ulla non frāgit̄ ſꝫ pro veritatis defēſione vltro ſe certamini offert nec nūq̄ pro veritate diffidit. Sepe ex diſcipulis ad martirium eliguntur qui ſuos doctores ad coronam p̄cedunt. et qui ſunt ordine poſtremi. fiunt nonumq̄ in certamine primi. Vir ſanctus vltro ſe in agone pro certamine debet offerre iuſticie ſi cū agonis fructum videt vberimum non debet declinare laboris periculum. Quod ſi maior eſt labor q̄ animarum lucrum declinandus eſt labor quem nimium commitatur augmentū.

Vtrūq enī fecit apostol9 qui ꝛ piculis ſe vltro dedit vbi maxi
mum aīe lucꝝ vidit · ꝛ ſapienter ſe piculo abſtulit ī quo pocio
rem laborē q̄m lucꝝ eē ꝓſpexit. Vltro ſe paul9 apud ephesum
periculis obtulit q̄a poci9 piculo lucꝝ vidit damaſci aūt ideo
a piculo ſbtrahit ſemetipm · q̄a nullū piculi ipi9 arbitrat9 eſt
fructū Diſce quomodo ſe ad martirium offerat q̄uiſq vltro uel
quō iuxta ſētēciā dei cingat̄ ab altero ꝛ quo nō vult ipe ducat̄
niſi qd̄ ꝛ ꝓpter gloriā futurā de certamīe iuſt9 gaudet · ꝛ ꝓpter
paſſionis violēciā refugit ſbire qd̄ dolet. Accipe exemplū ade-
undi ſbtrepidacōe martirij de vſu bellādi ī quo exercitat9 quiſ
q ī plio ꝛ p audaciā certamē aggredit̄ · ꝛ p timorē ꝯtacōe mo
uetur. Item accipe exemplū martirij ꝛ de repacōe hūani cor-
poris ad ſalutē · dum quiſq ꝛ de ſpe repacōis gaudet ꝛ de īciſi
onib ſeu amariſſimis poculis meret ¶ De ſanctoꝝ miraculis

¶ Cam. xxvij

Et ſi apoſtolis virt9 data ē ſignoꝝ ꝓpter
fidē gēciū nutriendā · eccleſie tn̄ data eſt ꝟtus operū
ꝓpter eandē fidē ornādā. Et tn̄ in ipis aplis plus erat
mirabilis ꝟt9 opeꝝ q̄m virt9 ſignoꝝ. Ita ꝛ nūc ī eccleſia pl9
eſt bene viuere q̄ ſig̃ facere. Qđ nūc eccleſia nō ea miracula fa
cit q̄ ſb apoſtolis faciebat · ea cauſa eſt · q̄a tūc oportebat mū-
dū miraculis credē · nūc vero iam credentē oportꝫ bonis operi-
bus coruſcare. Nā ido tūc ſigna faciebāt exteri9 · ut interi9 fi
des roborarent̄. Iam in fide miracula quicūq reqrit vanā glo-
riam ut laudet̄ q̄rit. Scriptū ē enī ſigna ī ſignū ſūt nō fideli
bus ſꝫ infidelib. Ecce ſignū nō eſt fidelib neceſſariū · q̄ iā cre
diderūt · ſꝫ infidelib ut ꝯūtant̄ Nam paul9 ꝓ nō credēciū infi
delitate patrē publij de infirmitate febrium ꝟtutib curat In
firmātē vero timotheū fidelē nō orone ſꝫ medicinalit̄ tpat · ut
noueris miracula ꝓ incredulis nō ꝓ fidelib fieri. Anteq anti-
criſt9 appareat ꝟtutes ab eccleſia ꝛ ſigna ceſſabūt · q̄ten9 eam
q̄ſi abiectiorem p ſequat̄ audaci9. Ob hāc vtilitatē ceſſabūt ſb
antixpo ab eccleſia miracula ꝛ ꝟtutes · ut p hoc ſāctoꝝ clare-
at paciēcia ꝛ reprobū q̄ ſcandalizabunt̄ leuitas oſtēdat̄ ꝛ pſe-
quēciū audacia ferocior efficiatur ¶ De antixpo ꝛ ei9 ſignis

¶ Cam. xxviij

Omnis q̄ ſcd̄m criſtiane ꝓfeſſionis nor
mam aut nō viuit · aut alit̄ docꝫ. Antixps eſt: Plериq
aūt antixpi tpa nō viſuri ſūt · ꝛ tn̄ in mebris antixpi

inueniendi ſūt. Anteq̄ꝫ veniat antixp̄s multa eius menbra
preceſſerūt ⁊ praue actionis merito caput ꝓprium preuenerūt
Secundū apl'i ſentenciam qui iam iniquitatis miſterium opera
ri illos affirmat eciā anteq̄ꝫ reueletur. magnitudo ſignoꝝ fiet
ſub antixp̄o. ut electi ſi fieri poteſt in errorē mutent̄. Sed ſi e-
lecti quō ſūt ī errorē mutandi. Ergo ibūt ī errorē titubacōnis
ad modicū p̄ multitudīe ꝓdigioꝝ. nō tn̄ decidēdi ſūt a ſtabilita
te ſua troꝝ impulſu atꝫ ſignoꝝ. Vn̄ ⁊ ido ponit̄ ſi fieri poteſt
q̄a electi perire nō poſſunt. ſꝫ cito reſpiciētis cordis errorē re-
ligione coercebūt ſciētes p̄dictū a dn̄o eē. ut dū h̄ fecerint ad-
uerſarij. nō ↄturbētur ſācti. Tā mira factur9 ē ꝓdigia ⁊ ſigna
dū venerit antixp̄s. ut eciā electis q̄dā cordis gignat̄ ſcrupulū
quod tn̄ cito exupat in illis racio pq̄ꝫ ſcient indecepcionem
reproboꝝ ⁊ electoꝝ probacionē eadem fieri ſigna. In quo tp̄e
ꝑpacienciā glorioſi erūt ſancti non per miracula ſicut martires
fuerūt priores. Illi eīn ⁊ pſecutores ſuſtinebūt ⁊ faciētes pro
digia. Proinde ⁊ duri9 bellū ſuſtinebūt q̄a nō ſolū ↄtra pſequē
tes ſꝫ eciā ↄtra miraculis coruſcātes dimicaturi ſūt. Grauī9 ſib
antixp̄i tp̄ib9 ↄtra eccleſiā deſeuiet ſinagoga q̄ꝫ in ip̄o aduētu
ſaluatoris xp̄ianos eſt pſecuta. Dū in martires dyabol9 iā ex-
ercuerit crudelitatē magnā eciā ligat9 crudelior erit tn̄ anti-
xp̄i temporib9 quādo eciā erit ſoluend9. Nam ſi tanta ligatus
facere potuit quanta ſolut9 faciet. Quāto ꝓpinquius finem
mundi dyabol9 videt tanto crudelius pſecuciones exercet. ut
quia ſe continuo damnādum cōſpicit ſocios ſibi multiplicꝫ cū
quib9 gehenne ignib9 adducat̄. Quāto breue tēpus videt ſibi
reſtare dyabol9 ut dominetur tanto ī magna pſecucōis ira mo
uet̄ diuina iuſticia pmittēte. ut glorificent̄ electi ſordidēt̄ iniq̄
⁊ ut dyabolo durior creſcat damnacionis ſentencia

¶ De reſurrectione ¶ Ca^m. xxix.

Inchoacio pacis ſāctoꝝ ē in hac vita nō pfectio Tūc aūt erit plenitudo pacis. dū ad dei cō-
tēplacionē abſorta carnis infirmitate cōualuerint. Reſurrectio
mortuoꝝ ut apl's ait in virum perfectū inmēſurā etatis pleni-
tudinis xp̄i futura eſt in etate ſcꝫ iuuentutis que perfectione
non indiget ⁊ abſq̄ꝫ inclinacione defectus in perfectione exu-
traq̄ꝫ parte ⁊ plena eſt ⁊ robuſta. Quamuis nūc filioꝝ dei no
mine homines fideles vocētur. tn̄ ex eo quod hanc ſeruitutem

corrupcioīs paciunt̃ · adhuc iugo ſuitutis ad dicti ſūt acce-
pturi plenā dei filioꝝ libertatē · dū corruptibile ħ induerit in
corrupcionē. Nūc deꝰ ꝑ ſpeculū agnoſcit̃ · in futuro aūt quiſq̃ e-
lectꝰ facie ad faciē pn̄tabit̃ ut ipam ſpeciē ꝯtemplet̃ quā nunc
ꝑ ſpeculū videre conat̃ · In hac vita electoꝝ numeꝝ ad dexte-
ram ꝑtineciū · ⁊ reproboꝝ q̇ ad ſiniſtrā ituri ſūt eccleſiā dei cō-
plere · in finē aūt ſeculi zizania a frumēto diſiūgit ¶ De iudicio
Iudicii diem nouit xp̄s · Sed in euangelio dicē ¶ Cam · xxx ·
⁊ ſcire diſcipulos voluit. Nam dū dicat idem dn̄s ꝑ ꝓpham dies
vlcionis in corde meo · iudicat ſe nō neſciē · ſ; nolle iudicare de
domo dn̄i ſic̄ ſcriptū eſt incipit iudiciū · qn̄ electi ideſt domꝰ dei
hic ꝑ flagella iudicātur · Impii vero illic ad damnacōez iudi-
candi ſūt · Vn̄ ⁊ ſequit̃ · Si aūt ꝑmū a nob̄ q̇s finis eoꝝ q̇ non
crediderūt · Ad diſtricti examen iudicis nec iuſticia iuſti ſecu-
ra eſt niſi pietate diuina · ut ⁊ ipa iuſticia q̄ quiſq; iuſtꝰ eſt deo
iuſtificāte iuſtificet̃. Alioqn apud deū · ⁊ ipa pctm eſt. Inde ē
qd̄ ait iob · Innocētē ⁊ impiū ipe ꝯſumet. Cōſumit̃ quippe a dō
innoxius qn̄ ipa innocēcia liq̇dius req̇ſita · ⁊ diuine innocēcie
cōpata nichil efficiat̃ niſi ⁊ ibi miſericordie pietate homo iuſti-
ficet̃ · Cōſumit̃ item a dō impiꝰ · qn̄ exanimꝰ diuini ſbtilitate
req̇ritur · eiuſq; detecta impietas · iudicata damnatur · Cōſumi-
tur innoxius ⁊ impius ſimul fine carnis · nō pena dānacionis ·
Doctus pariter ⁊ indoctꝰ moriūtur · ſ; morte carnis non pena
dānacōis. Oia aūt ꝑgūt ad vnū locū · dū mōte corpali i terrā ⁊
iuſtꝰ ⁊ impiꝰ reuertūtur · retribucō aūt diſſimilis ſicuti ꝑ eūdē
ſalomonē dr̄. Quid plus hab; ſapiēs a ſtulto · niſi ut illuc ꝑgit
vbi vita eſt Ergo oēs i terrā pariter redeūt · nam vbi vita ē
nō pariter ꝑgūt · Gemina punit̃ ſentēcia impiꝰ dū aut hic pro
ſuis meritis mētis cecitate ꝑcutitur ne veitatē videat · aut dū
in fine damnabitur ut debitas penas exoluat · Geminū eſt di-
uinū iudiciū · vnū quo ⁊ hic iudicant̃ hoīes ⁊ i futuro · alterum
quo ꝓpterea hic iudicant̃ ne illic iudicētur. Idoq; quibuſdā ad
purgacionē tꝑalis ꝓficit pena · quibuſdā vero hic inchoat dā-
nacio ⁊ illic ꝑfecta ſpectat̃ ꝑdicio. In iudicio reprobi humani-
tatē xp̄i in q̄ iudicatꝰ ē videbūt · ut doleāt · diuinitatē vero eiꝰ
non videbūt ne gaudeāt · Quibus eni diuinitas oſtendit̃ vtiq;
ad gaudiū demōſtratur · Pro diuerſitate ꝯſcienciaꝝ et meritis

apparebit in iudicio xp̄s electis · ⁊ terribilis reprobis. Nā qualem quisq; conscienciam tulerit talem ⁊ iudicem habebit. Vt manēte in sua trāquillitate xp̄o · illis solis terribilis appareat quos ꝯsciēcia ī malis accusat. Que sūt differēcie uel ordines hominū in iudicio · hoc est electoꝝ ⁊ reproboꝝ · qui tn̄ diuidunt in q̄tuor · perfectoꝝ ordo vnus est qui cū dn̄o iudicat · ⁊ alius q̄ iudicat̄ · vtriq; tn̄ cū xp̄o regnabūt. Similiter ordo reproboꝝ ptitur in duos · dū iniqui intra ecclesiā sūt mali iudicādi sūt ⁊ damnādi q̄ vero extra ecclesiā inueniendi sūt nō sūt iudicandi sꝫ tantū damnādi. ¶ Primus igit̄ ordo eoꝝ q̄ iudicant̄ ⁊ pereunt opponitur illi ordini bonoꝝ de quo sūt qui iudicant̄ ⁊ regnant. ¶ Secūd⁹ ordo eoꝝ q̄ nō iudicant̄ ⁊ peunt opponitur illi ordini pfectoꝝ in quo sūt hij qui nō iudicātur ⁊ regnāt ¶ Tercius ordo eoꝝ qui iudicant̄ ⁊ regnant · illi ordini est ꝯtrarius de quo sūt qui iudicātur ⁊ pereunt ¶ Quartus ordo eorū q̄ nō iudicant̄ ⁊ regnāt opponit̄ illi ꝯtrario ordini ī quo illi sūt q̄ nō iudicant̄ ⁊ peunt

¶ De gehenna ¶ Caᵐ · xxxi ·

Duplex damnatoꝝ pena est in gehenna · quoꝝ ⁊ mentē urit tristia · ⁊ corpus ⁊ flamma iuxta vicissitudinē ut qui mēte tractauerūt q̄d pfecerīt · corpore simul ⁊ aīmo puniantur ignem gehenne ad aliquid lumen habere · ⁊ aliquid non habere · hoc est habere lumen ad damnacionem ut videant impij vnde doleant · ⁊ non habere ad consolacionem ne videāt vnde gaudeāt. Apta fit cōparacio de camino trium pueroꝝ ad exemplū ignis gehēne. Nā sic ille ignis nō arsit ad triū pueroꝝ suppliciū · ⁊ arsit ad cōburēda ligamīa vinculoꝝ · ita ignis gehenne ⁊ lucebit miseris ad augmētū penaꝝ · ut videant vn̄ doleāt ⁊ nō lucebit ad ꝯsolacōeꝫ · ne videāt vn̄ gaudeāt. Inter hui⁹ vite ⁊ future infelicitatis miseriā multa discrecio ē. Illic enī ⁊ miseria est ꝓpter cruciacōeꝫ doloꝝ · ⁊ tenebre ꝓpter lucis amissionē quoꝝ vnū ī hac vita idest miseria ē aliud n̄ est · ī inferno aūt vtrūq; ē

¶ De penis impioꝝ ¶ Ca · xxxij ·

Sicut fasciculi lignoꝝ ad ꝯbustionē de similib⁹ colligātur · ita in iudicij die sibi culpa reos suis similib⁹ iūget ut ex equo pena ꝯstringat · q̄ ī fasciculū quos actio similes fecit in malum. Sicut vnusquisq; sanctus in futuro iudicio pro quantitate virtutum glorificabitur · ita ⁊ vnuquisq; impius

pro q̄ntitate facinoꝝ ꝯdēnabit· nec erit ī ſupplicio futuro dāna
cōis ordo· ſꝫ iuxta q̄litatē criminū diſcrecio erit penaꝝ ꝓpheta
firmante. De caſuum q̄z ſuoꝝ ſuppliciis addit etiā pena defun⸗
ctis ſicut apud inferos diuiti ſmo p̄dicat euāgelic9 ſic ꝓ augē
do inde ſupplicio· dicit etiā pſalm9. Cōmocōe moueant̄ filii ei9
ꝛ mēdicēt. Impii ex h̄ duri9 ī iudicio puniēdi ſūt mētis dolore
ex quo viſuri ſunt iuſtos· glorie btitudinē meruiſſe. Cūctis vi
dētibꝫ ē p̄apitād9 diabol9 qñ ſb aſpectu oīm bonoꝝ āgeloꝝ et
hominū cū eis q̄ de parte eius erūt in ignem eternū eſt mitten
dus. Dum ſublat9 fuit diabol9 ut damnetur· multi electi qui
in corpore ſunt inueniēdi dño ad iudiciū veniente metu cōcu
ciendi ſūt· vidētes tali ſentēcia impiū eē punitū. Quo terrore
purgādi ſūt q̄ ſi q̄d eis ex corpe adhuc pc̄ti remāſerit metu
ipo quo diabolū dānari ꝯſpiciūt purgabunt̄ h̄ eſt q̄d ait iob.
Cū ſblat9 fuit · timebūt angeli ꝛ territi purgabūt. Multos
poſſe perire ex eis ī die iudicii q̄ nūc electi eē vidētur ꝛ ſācti di⸗
cēte ꝓpha. Vocauit dñs iudiciū ad ignē ꝛ deuorauit abiſſū mul⸗
tam ꝛ comedit ptē dom9 Pars q̄ppe domus deuorabit· q̄a illos
etiā infern9 abſorbebit q̄ nūc ſe in p̄ceptis celeſtibꝫ gloriātur
de quibꝫ dñs dicit. Multi dicēt michi ī illa die· Dñe dñe nōne
in noīe tuo ꝓphauim9 ꝛ ī tuo noīe demonia eiecim9· ꝛ v̄tutes
multas fecim9. Tūc ꝯfitebor illis q̄a nūq̄ noui vos· diſcedite
a me q̄ opamini iniq̄tatē neſcio q̄ eſtis

¶ De gloria ſanctorū.
¶ Cam · xxxiii ·

Non faciet ī futuꝝ cor miſeꝝ iuſtoꝝ
ex ꝯpaſſione dānatoꝝ ꝯdolēdi affectio· vbi tm̄ erit ſan
ctoꝝ de dei ꝯtemplacōe gaudiū· ut triſticie null9 tribu
at introit9. Sic cōpat9 color cādid9 nigro colori fit pulcri⸗
or· ita ꝛ ſāctoꝝ reges cōpata damnacioni maloꝝ glorioſior erit
Sicut iuſticia iniuſticie· ſicut v̄tus vicio. Creſcit ergo ſāctoꝝ
gloria dum debita damnātur impii pena. Poſt reſurrectionem
ſanctis in carne ꝓmiſſa eſt celoꝝ aſcēſio dicēte ad p̄rē criſto.
Volo ut vbi ſū ego ꝛ ipi ſint mecū. Si enī mēbra capitis ſum9
ꝛ vnus in ſe ꝛ in nobis eſt xp̄s vtiq̄ vbi ipe aſcendit· nos aſcē
ſuri ſumus ꝛ tantum de primo·:·

Explicit liber primus ſancti yſidori epiſcopi.

Incipit liber ſecūdꝰ de ſapiencia Capitulū Primum.

Omnis qui ſecūdū deum ſapiens eſt beatus eſt. Beata vita cognicio diuinitatis eſt Cognicio diuinitatis virtus boni operis eſt. virtꝰ boni operis fructus eternitatis eſt. Nullus autem magis ſapiens q̄m quē docuerit deus. Excelſior eſt rebus omnibus ſapiencia. nec eſſe poteſt ulla iuſticia ſine prudencia. Qui ſecundum ſeculum ſapiens eſt. ſecundum deum ſtultus eſt. Vnde ꝛ propheta. Stultus inquit factus eſt omnis homo abſq̄ ſapiencia Primum eſt ſciencie ſtudium querere deū deinde honeſtatē vite cū innocēcie ope. Nullꝰ ſapiēciā dei plene recipit niſi q̄ ſe ab omi abſtrahere actionum cura cōtendit. Vnde ꝛ ſcriptū eſt. Sapienciā ſcribe in tp̄e ocij. ꝛ qui minoratꝰ actu ipe pcipiet eam. Non parue intelligencie ad artē illam perueniſſe liquet. qui ſcit ſecreta dei ſe penetrare nō poſſe. Tūc aūt deū cognoſcimꝰ qn̄ eū pfecte ſcire nos denegamꝰ. Interdū quedā neſcire ꝯuenit nullus aūt in culpa maior eſt quā ille q̄ deū neſcit. Inueſtigacionem veri multoꝝ eſt querē. ſꝫ paucoꝝ eſt inuenire. Ea aūt q̄ ſup hominis intelligēciā ſūt. ſcrutanda nō ſūt. Quicq̄t ſupra homis intellectum eſt. querendum non eſt. Conſilio autem diuino ſeruandum eſt ut hoc credatur eſſe iuſticia. quod diuine placuerit voluntati. Non eni poterit eſſe iniuſtum quod iuſto ꝯplacet iudici. Omnis ſapiencia ex ſciencia ꝛ opinacione cōſiſtit melior eſt aūt ex ſcienēcia. veniens q̄ ex opinacione ſentencia Nam illa vera eſt. iſta dubia. Ad maioris culpe cumulū ptinet ſcire quēq̄ qd̄ ſequi debeat ꝛ ſequi nolle qd̄ ſciat. Vnde ꝛ dn̄s ſui inquit. Sciens volūtatē dn̄i ſui ꝛ nō faciens digne plagis vapulabit multis. Et iacobꝰ ſcienti inq̄t bonū ꝛ nō facienti peccatū eſt. Simplicitatē cū ignauia. vocari ſtulticiā ſimplicitatem vero cū prudencia vocari ſapienciā. Vtile eſt multa ſcire ꝛ recte viuere quod ſi vtrūq̄ non valemꝰ meliꝰ eſt bene viuēdi ſtudiū q̄m multa ſcienda ſeq̄mur. Nō pertinere ad beatitudinē ꝯſequēda ſcienciā reꝝ nec eſt beatū multa ſcire. ſꝫ eē magnum beate viuere. Nichil pdeſſe omnē ſcire prudēciā cū ignorancia dei. ꝛ nichil ob eſſe ſcientibꝰ deum. ignoranciam mūdi. Perfecte aūt ſcit q̄ deum prius ꝛ iſta nō pro ſe ſed pro deo ſcit.

1a

Nichil ob ee cuiqꝫ poterit si p simplicitatē aliq̄ de elemētis in digne senciet. dūmodo de deo vera ꝓnūciet. Nam q̄muis de incorporeis corporeisqꝫ naturis neq̄at quisqꝫ disputare. beatum tn̄ illū facit vita recta cū fide

De fide Caᵐ. secundū

Non posse ad verā btitudīnē puenire nisi p fidē. beatū aūt ee liquet q̄ ⁊ recte credēdo bene viuit ⁊ bene viuēdo fidē rectā custodit. Deus si credit̄ merito inuocat̄ ⁊ querit̄. ac p h̄ tūc pfecte laudat̄ quādo inuocat̄ ⁊ credit̄ Nō tn̄ id credēdū est qd̄ sensu carnis dnoscim9. ſʒ magis eciā qd̄ intellectu mētis ꝯspiciam9 idest dm̄. Sine fide nemo potest placere deo. Omne eī qd̄ nō est ex fide pctm̄ ē. Fides nequaqꝫ vi extorquet̄. ſʒ racōe atqꝫ exemplis suadet̄. A quibꝫ aūt exigit̄ violenter pseuerare ī eis nō potest. ut ait quidā exēplo nouelle arboris cui9 si quisqꝫ cacumē violent̄ impsseit. denuo dū laxat̄ in id qd̄ fueāt ꝯfestim reuertit̄. Sicut homo libero arbitrio ꝯditus sua sponte diūtit a deo. ita ex ꝓpria mētis ꝯūsione credēdo recurrit ad dm̄ ut libertas agnoscat̄ arbitrīj p ꝓpriā volūtatē et bn̄ficiū grē p acceptā fidei veritatē. In corde respicit de9 fidē vbi se nō possunt hoīes excusare. Qui ore simulāt vitatis professionē ⁊ corde retētāt erroris impietatē sicut nichil ꝓficit fides q̄ ore retinet̄ ⁊ corde nō credit̄. ita nichil ꝓfectura ē fides q̄ corde tenet̄ si ore nō ꝓfiteatur. De tali eī fide ꝓpheta ita quosdā obiurgat dicēs Perījt fides ablata ē de ore eoꝝ. fides eī q̄ corde credit̄ ꝯfessione oris ad salutē ꝓfertur. Vacuā ee sine opibꝫ fidē. ⁊ frustra quis sibi de sola fide blādit̄ q̄ bonis opibꝫ nō ornatur. Qui crucē portat. debꝫ mūdo ⁊ mori. Nā ferre crucē ⁊ mori mortificare seipm̄ est. ferre ⁊ nō mori simulacō ypocritaꝝ ē. Qui p fidē cognicōeʒ dei habēt ⁊ opibꝫ obscurātur. exemplū balaam sequuntur q̄ carēs ope aptos oculos habuit p cōtemplacionis fidem carnales fidem nō ꝓ v̓tute animi ſʒ pro cōmodo quesiuit tpali. Vn̄ ⁊ dn̄s dicit. Queritis me nō q̄a vidistis signa. ſʒ q̄a māducastis de panibꝫ meis. Xpianus mal9 dum scd̄m euāgeliȷ̄ doctrinā nō viuit. eciā ipam fidem quā verbo colit aborta temptacōe facile pdit. Multi fide tn̄ xpiani sūt. ope vero a xpiana doctrina discedūt. Multi qꝫ fidē xpi ex corde nō amāt. ſʒ humano terrore eandē p ypocrisim tenē se simulāt. Et q̄ ee nō possūt apte mali p trorē ficte bōi noscunt̄.

amatores mundi pugnãt aliquãdo pro fide et alijs quidẽ proficiunt. ipi vero amore terreno multiplicati. celeſtia nõ reqrũt ſʒ verbo tãtũ fidẽ defendũt. Quidã ꝓ fide eciã hereticos inſequũtur ſʒ p arrogãciã eos qui intra eccleſiã ſũt ꝯtẽpnũt. Aduerſarios quidẽ fidei ꝯfutãt pro infidelitate ſʒ fideles ꝑmunt faſtu ſupbie

¶ De caritate ¶ Caᵐ. iij.

Quamuis nonnulli fide atꝫ opibus ſanctis videant eẽ participes. tamẽ qa ꝑuant a caritate fraterne dilectionis. nullũ habent incremẽtum virtutis. Nam ſicut ait apoſtolꝰ. ſi tradidero corpꝰ meũ ut ardeã. caritatẽ aũt nõ habuero nichil michi prodeſt. Abſqꝫ amore caritatis quãuis quiſqꝫ recte credat ad beatitudinẽ puenire nõ poteſt. qa tãta eſt caritatis virtꝰ. ut eciã ꝓphetia et martiriũ ſine illa nichil eſſe credãtur. Nullũ pmiũ caritate penſatur. Caritas enĩ virtutum omnium obtinet principatũ. Vnde et vinculũ pfectionis caritas ab apoſtulo dicitˀ. eo qꝫ vniuſe virtutes eiꝰ vinculo religẽtur. dilectio dei morti ꝯpatˀ dicẽte ſalomone. Valida eſt ut mors dilectio. Ideo circo dilectio dei morti ꝯpatˀ. qa ſic mors violẽter ſepat aĩaꝫ a corpe. ita et dilectio dei violẽter ſegregat hominẽ a mundano et carnali amore. Qui dei pcepta contemnit. deũ nõ diligit. Neqꝫ enĩ regẽ diligimꝰ. ſi odio leges eius habemꝰ. Tenẽda eſt cũ ſãctis viris mutua caritatis. et quanto ſe quiſqꝫ ſubtrahit mũdo tãto opus eſt ut ſe aſſociet bonoꝝ cõſorcio. Caritas in dilectione dei et ꝓximi cõſtat. ꝑuat aũt in ſe dilectionẽ dei qui a caritate nõ diuidit ꝓximi. Qui a fraterna ſocietate ſe cernitˀ. a diuine caritatis pticipacione priuatˀ Nec poterit deũ diligere. qui noſcitur in proximi dilectione errare Xp̄s deus eſt et homo. Totũ ergo xp̄m non diligit. qui hominem odit. bonoꝝ diſcrecõis ẽ. nõ odire pſonas ſʒ culpas. et recta dicta ꝓ falſis nõ ſpernẽ ſʒ ꝓbare Qui impfecti ſũt in dei amore. ſepe ſe a vicijs ſeparare diſponũt. ſʒ pondẽ vicioꝝ grauati. rurſus ad ea vicia que optant relinquere reuoluuntur.

¶ De ſpe ¶ Capitulum Quartum

Qui male agere non deſiſtunt vana ſpe indulgenciam de dei pietate requirunt. Quam recte quererent ſi ab actione praua ceſſarent. Metuendum valde eſt ut neqꝫ per ſpem venire qm promittit deus perſeuerantur.

neq̃ q̄a iuſte pcc̄a diſtringit veniā deſperem⁹. ſ; vtroq̃ piculo
euitato ⁊ a malo declinem⁹. ⁊ de pietate dei veniā ſperem⁹ Oīs
quippe iuſt⁹ ſpe ⁊ formidīe nit; q̄a nūc illū ad gaudiū ſpes eri
git nūc ad formidinē terror gehēne adicit ¶ De gracia

Interdū peccātib⁹ nobis de⁹ dona ſua nō retrahit Ca^m. v.
ut ad ſpem diuine ꝓpiciacōis mens humana ꝯſurgat. Nam nō
poſſe ꝯſuſum ſpernere. quē peccātē ſuis bñficiis ꝓuocat ad ſe re
dire. Cōfeſſionē hominis nō eē hūane ꝟtutis. Nā ſi cōfeſſionē
boni opis nō ī nobis d̄s opatur. cur p ꝓpham dr̄ ꝯfeſſio ⁊ mag
ficēcia op⁹ ei⁹. Ab illo eñ nobis oīa boñ grā pueniente donā
tur. Nam nichil boni opis dedim⁹. p qd̄ ꝯfeſſionē fidei accipe
meremur. Profect⁹ hoīs donū dei eſt. Nec a ſe poteſt quiſq̃. ſ;
a dn̄o corrigi. Nō eñ quicq̃ boni hab; ꝓpriū homo cui⁹ via n̄
eſt ei⁹ teſtāte ꝓpha. Scio dn̄e q̄a nō eſt hoīs via ei⁹. nec viri ē
ut ābulet ⁊ dirigat greſſus ſuos. Sciāt liberi arbitrii defēſo-
res nichil poſſe hoīes ī bonū ſua pualere ꝟtute niſi diuine grē
ſuſtētent̄ iuuamīe Vñ ⁊ p ꝓpha; dn̄s di. Perdicio tua iſrl̄. tm̄ ī
me auxiliū tuū. Quaſi dicēt. ut pereas tuo meito. ut ſalueris
meo auxilio. Hoīs meitū ſupna grā nō ut veniat inuenit ſ; p⁹
q̃ veneit facit at; ad indignā mētem veniēs d̄s facit ī ea meitū
q̄ remūeret. q̄ h̄ ſolū inuenēat qd̄ puniret. Quid eñ ex ſe ille la
tro meruit q̄ de faucib⁹ inferni crucē aſcēdit de cruce padiſū a-
diit Re⁹ qdē ille ⁊ fratno ſāguie venit cruēt⁹. Sed; diuina grā ī
cruce mutat̄ Sciēdū q̄ ⁊ nr̄a ſit iuſticia. ī hiis q̄ recte agim⁹. ⁊
dei grā eo q̄ eā mereamur. Hec eñ ⁊ dātis dei ⁊ accipientis eſt
hoīs. ſic panē nr̄m dicim⁹ q̄m tñ a deo accipe poſtulam⁹ Spiri
talis grā nō oīb⁹ diſtribuit̄ ſ; tm̄mō electis donat̄. Non eñ
omniū eſt fides q̄m lic; ⁊ ſi plurimi ſuſcipiūt op⁹ tñ fidei nō cō
ſequūtur. In diuiſione donoꝝ diuſi pcipiūt diūſa dei munera
nō tñ ꝯcedunt̄ vni oīa ut ſit p humilitatis ſtudiū qd̄ alter adiu
uetur in altero. Nā qd̄ ī ezechiele aīaliū ale altera ad alteram
pcuciunt̄. virtutes deſignātur ſāctoꝝ. mutuo ſeſe affectu ꝓuo-
canciū. at; altno exemplo inuicē ſeſe erudienciū. Munera gra-
ciaꝝ aliī iſta aliī vero donant̄ illa. Nec dātur ita hr̄e vni. ut non
egeat alterius. Poſſe fieri nō eſt dubiū ut hiī quos quadā vir
tutū excellencia antecedūt dei repentina pueti grā. quoſdam
cōpendio ſāctitatis pueniāt Et dū ſint ꝯuſione poſtremi ſbito

efficiunt̄ virtutis culmine primi. Dum quiſqꝫ aliqđ donū acci-
pit. nō appetat ampliꝰ q̄m qđ meruit Ne dū alteriꝰ mēbri offi
cium arripe temptat id qđ meruit perdat. Conturbat eñ cor
poris ordinē totū q̇ non ſuo ꝯtentꝰ officio ſubripit alienum.
Mali dona idō ad dānacōēꝫ accipiūt. q̇a illa nō ad dei laudem ſꝫ
ad ſuā vanitatē vtunt̄. Bonis male vtunt̄ q̇ ea que a deo illis
donata ſūt in malos vſus aſſumūt. Sicut ingeniū ſic ꝛ cetera
dei dona. Multis dei donis gaudemꝰ. q̄ nos ab eo ꝑcepiſſe co-
gnoſcimꝰ. Nam qđ ſapientes ſumus qđ diuites ꝗ potētes exi
ſtimus. non alteriꝰ ſꝫ pocius diuino munē ſumꝰ. Vtamur ergo
optime diuinis beneficiꝭs. q̈tenus ꝛ deū nō peniteat dediſſe
ꝛ nobis accepiſſe ſit vtile. Sicut auferre deꝰ dicit̄ homī donū
aliqđ qđ homo nō habuit id eſt qđ accipe nō meruit Sic ꝛ ob
durare dicitur đs hoīeꝫ nō eiꝰ faciendo duriciā. ſꝫ nō aufferēdo
eam q̈m ſibi ipe nutriuit. Nō aliter. ꝛ obcecare dr̄ quoſdā deꝰ
nō ut ī eis eandē ipe cecitatē faciat. ſꝫ ꝗ ꝓ eoꝝ inutilibꝫ meri-
tis cecitatē eoꝝ ab eis ipe nō auferat. Pleriſqꝫ đi doñ dant̄ ꝑſe
uerācia vero doni nō dat̄ Et inde ē qđ q̇dā pn̄cipia habēt ꝯūſio-
nis bona. fine vero malo claudūtur. Electi vero ꝛ ꝯūſionis do-
nū accipiūt ꝛ ꝑſeuerācia doni. Ea g̊ cauſa ē qđ quidā ꝛ bn̄ inci
piūt ꝛ bn̄ finiunt

## De predeſtinacione Cam. vi.

GEmina eſt p̄deſtiacio ſiue electoꝝ ad reqem ſiue repro
boꝝ ad mortē. Vtraqꝫ diuino agit̄ iudicio ut ſꝑ elcōs
ſuꝑna ꝛ inteiora ſeq̇ faciat ſꝑ ꝗ reprobos ut infima ꝛ
exteriora delectent̄ deſerendo ꝑmittat. Sicut ignorat homo ter
minū lucis ꝛ tenebraꝝ uel vtriuſqꝫ rei quis finis ſit. ita pleniꝰ
neſcit quis ante ſuū finē luce iuſticie p̄ueniat̄. uel quis pecca-
toꝝ tenebris uſqꝫ in ſuū terminū obſcuret̄. Aut quis poſt lapſū
tenebraꝝ ꝯūſus reſurgat ad lucē. Cuncta hec deo patēt homi
nem vero latent. Quamuis iuſtoꝝ conuerſacio in hac vita ꝓ-
babilis ſit incertum tamen hominibus eſſe ad quem fuit finem
predeſtinati. ſꝫ omnia reſeruari futuro exāīm. Mira diſpoſicio
eſt ſuperne diſtribucionis. per ꝗ hic iuſtus amplius iuſtifica-
tur. impius amplius ſordidatur. Malus ad bonum aliquan-
do ꝯuertitur. bonꝰ ad malū aliquādo reflectit̄. Vult quis eē
bonꝰ ꝛ nō valet vult alter eſſe malꝰ ꝛ nō permittit̄ interire
Datur ei q̇ vult eſſe bonꝰ. aliꝰ nec vult nec dat̄ ei ut ſit bonꝰ

Iſte naſcit̄ ī errore ⁊ morit̄ · ille ī bono quo cepit uſqꝫ ad finem
ꝑdurat. Tam diu iſte ſtat quouſqꝫ cadat. Ille male diu viuen
do in fine ſaluatur reſpectuſqꝫ ꝯūtit̄ · vult ꝓdeſſe ī bono iuſtus
nec ꝑualet vult nocere mal⁹ ⁊ nō valꝫ. Iſte vult deo vacare
ſꝫ ſeculo impedit̄ · ille negociis implicari cupit nec ꝑficit. Do-
minat̄ mal⁹ bono · bon⁹ dānat̄ ꝓ impio · impi⁹ honorat̄ ꝓ iuſto
Et in hac tāta obſcuritate nō valet hō diuinā ſcrutari diſpoſi
cionē ⁊ occultū ꝑdeſtinacōis ꝓpēdē ordinē ¶ De conuerſis
NOn inchoātibꝫ ꝑmiū ꝓmittit̄ ſꝫ ꝑſeuerātibꝫ Caᵐ. vij
datur. Scriptū ē eñ q̄ ꝑſeuerau͛it uſqꝫ in finē hic ſal
uus erit. Tūc eñ placꝫ deo nr̄a ꝯūſacio · qñ bonū qd̄ in-
choam⁹ ꝑſeueranti fine cōplem⁹. Nam ſic ſcriptū eſt ve hiis q̄
ſuſtinēciā ꝑdiderūt · id eſt op⁹ bonū nō ꝯſūmauerūt. Indulgē
cia peccatoꝝ ſciendū · vbi qñ q̄a uel q̄libꝫ detur Vbi quippe niſi
intra eccleſiā catholicam. Qñ niſi ante vēturi exit⁹ diē. Quia
ecce nūc tp̄s acceptabile ecce nūc dies ſalutis. Qualibꝫ niſi
ꝯūſis q̄ ꝑ humilitatē ad puuloꝝ trāſeūt imitacionē de quibꝫ di
cit̄ taliū eſt regnū celoꝝ. Nemo ꝓpendē poteſt q̄nti ſit ponde
ris iniuſticia uel q̄nti fulgoris radio iuſticia clareat · niſi quis
ꝑus toto mentis niſu ꝯūtat̄ ad dn̄m · q̄tenus ip̄o lumīe quo illu
ſtrat̄ ⁊ ſuā felicitatē agnoſcat · ⁊ lumē qd̄ ceco corde nō intue
batur intelligat. Tunc aūt inattingibilē intelligi poſſe iuſti
ciā · dū eā quiſqꝫ ſequi ꝯūſus tēptau͛it · q̄a lux nō intelligit̄ niſi
cū videt̄. Iudiciū qd̄ ī hoīs poteſtate ꝯſiſtit ꝯūſionis eſt gr̄a ·
per quā noſmetipſos iudicam⁹ · qñ flentes mala nr̄a punimus ·
⁊ bono qd̄ ex deo nobis eſt ſolidius inherem⁹. Triptit⁹ deſcri
bit̄ vniuſcuiuſqꝫ ꝯūſi profect⁹ id eſt prim⁹ corrigendi a malo ·
ſcd̄s faciēdi bonū · terci⁹ ꝯſequendi boni opis ꝑmiū. Nā qd̄ ait
ꝓpha. Solue faſciculos deꝑmētes · mali eſt emēdacio qd̄ vēo ad
iecit · frange eſurienti panē tuū · opis boni ē actio. In eo vero
qd̄ ſubiungit tūc erumpet matutinū lumē tuū opis boni ē re
tribucio. Ergo nō ꝓficit facē bonū · niſi correctū fuerit malū
Nec poteīt quiſqꝫ ad cōtemplacionē dei ꝓficē niſi ſe ꝑus ī bo-
nis ſtuduerit actibꝫ exercere. Multis modis terret deus hoīes ·
vt vel ſero ꝯūtant̄ · atꝫ ex inde magis erubeſcāt qd̄ tam diu expe
ctati ſūt ut redirēt. Nā nūc minis nūc plagis nūc reuelacōibꝫ
quoſdā ꝯcutit · ut q̄ volūtate ꝯuerti deſpiciūt · ꝯmoti terroribꝫ

corrigãtur. Pleriqꝫ ex ſola mẽtis deuocõe ꝯũtunt ad deũ. non nulli vero coacti. plagis ꝯũtunt q̃ ex deuocione nõ ꝯũtebãtur Iuxta capitulũ pſalmi dicẽtis. In freno ⁊ chamo maxillas eorũ ꝯſtringe q̃ nõ approximãt ad te. Pleriqꝫ aũt dũ deuocõe nõ ꝯuertũtur plage ſtimulis feriunt. q̃ tamẽ nec ſb verbẽ ſenciũt ut aliq̃ten⁹ corrigant. ſicut egipt⁹ cui ⁊ penas dedit ⁊ emendare nequit. De talibꝫ eñ ait ꝓpha. Percuſſiſti eos ⁊ nõ doluerũt attriuiſti eos ⁊ remurmurauerũt ſuſcipẽ diſciplinã. Non nulli viri ſeculares elacione mẽtis tumẽtis poſt modũ ꝯũſi ad deũ religioſa ſequũtur obediencia xp̃m. ⁊ q̃ antea celſitudine mũdiali tumebãt. Poſtea ipam elacõem in ſtudio humilitatis cõmutant. Quidam ſunt qui iam ſecrete conuerſi ſunt quoꝝ conũſio quia nõ procedit ad publicũ. apud exiſtimacionẽ humanã quales fuerũt tales adhuc eẽ putant. iam tñ in dei ocul' ſurrexerũt. Itẽ q̃dam adhuc humano iudicio ſtare cernũtur. iam tñ in oculis dei ceciderũt. Multi apud homines reprobi ſũt ⁊ apud dñm electi. Atqꝫ itẽ multi apud hoĩes electi putant ⁊ apud deũ reprobi exiſtũt. Salomone dicẽte. Vide inq̃t impios ſepultos qui cũ adhuc viuerẽt ĩ loco ſancto erãt. ⁊ laudabant in ciuitate q̃i iuſtoꝝ opeꝝ. Null⁹ g̃ ſe putꝫ electũ. ne forte iam apud deũ ſit reprob⁹

## ¶ De primordijs conuerſorum ¶ Capitulũ. viij.

PRimodũ gen⁹ ẽ ꝯũſionis ad deũ inchoacionis cũ dulcedine. medietatis cũ labore. perfectionis cũ req̃e. Sed tñ pleriqꝫ alij incipiũt a dulcedine. alij a temptacionũ amaritudine. Omnis ꝯuerſus ante ex fletu inchoet pcc̃oꝝ. ⁊ ſic trãſeat ad deſideriũ ſupnoꝝ. Prius eñ lacrimis purgãda ſũt vicia q̃ geſſim⁹ ⁊ tũc mũdata mẽtis acie id qꝫ q̃rim⁹ mẽtis gaudio ꝯtemplemur. ut dũ ãtea flendo pcc̃i a nob caligo detergit. mũdatis cordis oculis libẽ ſupna inſpiciãtur. Alij neceſſe ẽ timore ꝯũti ad deũ. ut metu futuraꝝ penaꝝ carnales illecebre deuincãtur. De inde oportꝫ abiecto timore ad amorẽ vite eťne tñſire. Perfc̃a eñ caitas foris mittit timorẽ. q̃ aũt timꝫ penã hꝫ ⁊ ñ ẽ pfect⁹. Vñ ⁊ apl's nõ eñ inq̃t accepiſtis ſpm̃ ſuitutis iteꝝ ĩ timore ſꝫ accepiſtis ſpm̃ adopcionis. p q̃m ſcꝫ iam nõ pcc̃i pena ſuos ꝯprimit. ſꝫ amor iuſticie liberos reddit. Neceſſe eſt omi conũſo ut poſt timorẽ conſurgere ad caitatẽ dei debeat q̃i fili⁹. ne ſp ſb timore iaceat q̃i ſu⁹

Tunc eñ amorē nr̄e ꝯūſionis oſtēdim9 · ſi deū ut prēz diligim9 · quē prius ſeruili mēte vere ut dn̄m formidam9 Primordia ꝯūſionū blandis reſonēda ſūt modis ne ſi ab aſperitate incipiāt exterreri · ad priores lapſus recurrāt · Qui eñ ꝯūſū ſine leuitate erudit exaſperare poci9 q̄m corrigē nouit · Cōuerſus quiſq̄ antea ab ope corrigēd9 ē · poſtea vero a cogitacōe · ut prius frenet prīū actū deinde appetitū ac delictū · ut qd iam ī ope nō apparet ī cogitacōe nequaq̄ pduret Omnis noua ꝯūſio adhuc priſtine vite habz ꝯmixtionē · ꝓpterea nequaq̄ ea virt9 ꝓcedē ad hominum oculos debet · donec ꝯūſacio vet9 fundit9 ab animo extirpetur Quiſq̄ ex deteiore iā melior eē cepit caueat de acceptis extolli ꝟtutibꝫ · ne grauius p vanā gloriā corruat in qua prius p lapſum viciorꝫ iacebat

¶ De cōflictu cōuerſorꝫ ¶ Ca^m · ix ·

Quiſq̄ conūſus ſi mox omēs carnis ſtimulos calcare cupiat · ⁊ ſūma ꝟtutū ſbire cōtēdat · Si aliq̄ forte adhuc aduerſa de carnis moleſtiis tolerat · nō frāgat̄ qa diſpēſator bonorꝫ nouit adūſitates repmē viciorꝫ ſucceſſione ꝟtutum · Tūc magis ḡuari ſe quiſq̄ impulſu viciorꝫ agnoſcit dū ad cognicōnē dei acceſſerit ſicut ꝓpl'us iſrahel · grauiori onere ab egipto pmit̄ dū p moyſen diuina illi cognicio aperit̄ · Vicia eñ ante cōuerſionē qⁱ pacē in hoīe habēt · Quādo aūt expelluntur acriori ꝟtute ꝯſurgūt · fiūt aūt inimica cōuerſo q̄ pctōri ꝓſpe blādiebātur · atz idē fiūt blanda ꝯuerſo q̄ pctōri adūſa extitert Multos habz cōflict9 dei ſu9 ex recordacōe operꝫ pteritorū · multiq̄ poſt cōuerſionē eciā nolentes motū libidinis ſuſtinēt Quod tñ ad dānacōez nō tolerāt · ſz ad ꝓbacōez · ſcz ut ſemper habeāt ꝓ excuciēda inercia hoſtē cui reſiſtāt · dūmō nō ꝯſenciāt Vn̄ ⁊ nouerūt ſerui dei ſe eciā a peccatis iam eē mūdatos · ſz tñ cogitacōnū turpiū adhuc inpellacione pulſari · Ante ꝯuerſionē pcedit turba pctōrꝫ Poſt ꝯuerſionē ſequit̄ turba temptacionū Illa ſe obiciūt ne ad deū ꝯuertamur · iſta ſe ingerūt ut liberius cordis oculis deū cernam9 · Vtriuſq̄ tumult9 inſolenciā nob gignit intēcionē q̄ nr̄az ſepe fraude multimoda intercludit · Vtile eſt dei ſuo poſt ꝯuerſionē temptari quaten9 a torpore negligēcie ſollicitātibꝫ viciis · ad ꝟtutes animū p exerciciū ꝑparet meritorꝫ

¶ De remiſſa ꝯuerſione Ca^m · Decimū

MVltos remiſſa ꝯuſio ī priſtinos errores reducit ac vi uendi tpe reſoluit. Hoꝝ ḡ exempla quiſꝗ̄ ꝯuſus euita ne dū timorē dei a tpe incipis. rurſus mūdanis erroribus immergaris. Tepid⁹ in ꝯuſione. ocioſa vba ⁊ vanas cogitacōes noxias eē nō ꝯſpicit. ꝗ̄ ſi a torpore mētis euigilauerit q̄ leuia exiſtimabat ꝯfeſtim q̄ſi horrēda atꝗ̄ atrocia ptimeſcit. fraus ⁊ deſidia ī omi bono ope formidāda ē. fraudē facim⁹ do. quociēs de ipius donis ⁊ muneribꝰ gloriā ꝓpriā ⁊ hūanā laudē appetim⁹ ⁊ de bono ope nr̄o noſmetipos. nō deū laudam⁹. Deſidiā vero agim⁹. quociēs p torporē lāguide ea q̄ dei ſūt opam̄ Omīs ars ſeculi hui⁹ ſtrēnuos amatores habꝫ ⁊ ad exequendū ꝓmptiſſimos. ⁊ h̄ ꝓinde fit q̄a p̄ſentē habꝫ opis ſui remuneracionē. Ars vero diuini timoris pleroſꝗ̄ habꝫ ſectatores languidos. tepidos pigricie inercia ꝯgelatos. ſꝫ h̄ ꝓinde q̄ꝺ labor eoꝝ nō ꝓ p̄nti ſꝫ ꝓ futura remunēracōe differt̄. Ideoꝗ̄ dū eoꝝ laborem mercedis retribucio nō ſtatim ꝯſequit̄ ſpe pene diſſoluti langueſcūt. Vn̄ ⁊ magna illoꝝ gloria p̄parat̄ q̄ bone ꝯuſionis p̄ncipia augmēto ſolidiore ꝯſumāt. atꝫ eo ad ꝓmerēdā retribucionē clariores p̄parant̄. quo firmi⁹ duri itinēis labores inchoant ⁊ ꝯſumāt. Quidā p̄mo ꝯuſionis calore ad vtutes ſeſe accingūt. accedēte vero ꝓgreſſu dū immodeāte terrenis rebꝰ incūbūt. puluere infimi appetit⁹ obſcurant̄. Vn̄ ⁊ dn̄s de bonis ſeminibꝰ ī ſpinis iactatis dicit. Qꝺ aūt cecidit in ſpinis. hn̄ ſūt q̄ audiunt vbū dei ⁊ a ſolicitudine ſeculi uel fallacia diuiciarū ſuffocant vbū. ⁊ ſine fructu efficiunt̄. Nup ꝯuſi nequaꝗ̄ debēt in curis exterioribꝰ ꝓuehi. Nā ſi implicent̄ ꝯfeſtim q̄ſi plātata arbuſcula. ⁊ nec dū radice p̄fixa ꝯcuciunt̄ piter ⁊ areſcūt. Valet interdū ꝯuſis ꝓ aīe ſalute mutacio loci. Pleriꝗ̄ eñ dū mutat̄ loc⁹ mutat̄ ⁊ mētis affect⁹. Cōgruū eſt eñ inde eciā corpaliter auelli vbi quiſꝗ̄ illecebris deſeruiūt. Nā loc⁹ vbi p̄ue q̄ſꝗ̄ vixit h̄ ī aſpectu mētis oppomt. qꝺ ſp ibi ul' cogitauit ul' geſſit.

## De exemplis ſanctoꝝ. Capitulū vndecimū

AD ꝯuſionē ſeu correctionē moꝝ multū ꝓſūt exempla bonoꝝ. Mores eñ inchoanciū nō queūt ꝓficere ad bene viuēdū niſi pfectoꝝ informent̄ exemplis patꝝ. Rꝗ̄bi aūt nō attēdūt documēta bonoꝝ q̄ imitent̄ ī meli⁹. ſꝫ ꝓponūt ſibi exēpla maloꝝ q̄bꝰ ad ſuoꝝ moꝝ p̄uſicatē vtant̄ i penis

Ob hãc vtilitatẽ ſcribũtur ſãctoꝝ ruine ⁊ repacões · ut ſpẽ faciant ſalutis humane. Nec quiſq̄ poſt lapſũ penitẽdo deſperet veniã · dũ ↄſpicit ſanctoꝝ repacionẽ fuiſſe eciã poſt ruinã. Dant flagicio decidi ad quã vtilitatẽ eoꝝ exempla ꝓponantur · ſãctoꝝ ſcʒ ut aut ſint q̃ſquos imitẽtur ad repacõeʒ · aut certe ex eoꝝ cõpacõe duri⁹ de inobediẽcia puniat̃. Propt̃ea v̄tutes ſãctoꝝ ad exemplũ nobis de⁹ ꝓpoſuit · ut q̃nto de imitacicõne eoꝝ ↄferri poſſunt nobis iuſticie p̃mia · tñ de pſeuerãcia mali ſint g̃uiora tormẽta. Si eñ ad boni incitamẽtũ diuina quibꝫ am mouereremur p̃cepta de eſſent · ꝓ lege nobis ſãctoꝝ exempla ſufficierẽt. Ac ↄtra dũ ⁊ de⁹ · nos p̃ceptis ſuis ãmoueat ⁊ vite ſãctoꝝ boni operis nobis exempla ꝓponat nulla eſt iam de reatu excuſacio. Quia ⁊ lex dei ad aures nr̃as quotidie pulſat ⁊ ſãctoꝝ documẽta bonoꝝ cordis nr̃i intima ꝓuocãt. Et ſi p̃uoꝝ ſepe ſecuti ſum⁹ exempla · cur nõ imitemur ſãctoꝝ ſigna ⁊ deo placita facta. Et ſi apti fuim⁹ imitari iniquos ĩ malũ · cur pigri ſum⁹ imitari iuſtos ĩ bonũ. Orand⁹ eſt de⁹ ut v̄tutes q̃s ꝑparauit ſãctis ad coronã · nobis ad ꝓfectũ ſint poſite non ad penã. Proficient aũt ad ꝓfectũ nr̃m ſi tot exempla voluerim⁹ imitari virtutũ Certe ſi ea poci⁹ aũſati q̃m imitati fuerim⁹ ad damnacionẽ nr̃aʒ erũt · q̃ ea legẽdo implere neglexim⁹. Multi vitã ſãnctoꝝ imitant̃ et demoribꝫ alteri⁹ effigiem v̄tutis ſumũt. Tamq̄ ſi ymago quelibꝫ intendat̃ · et de ei⁹ ſimilitudine ſpecies picta formet̃ · ſicq̄ fit ad ymaginẽ ſimilis ille q̃ ad ſilitudinẽ viuit ymaginis. Qui ſanctũ viꝝ imitat̃ q̃i exemplar aliquod intuet̃ · ſeſe q̄ in illo q̃i in ſpeculo pſpicit ut adiciat qd̄ de eẽ virtutis agnoſcit. Min⁹ eñ ſeipm̃ homo ex ſemetipo cõſiderat ſed dũ alteꝝ intendit · id q̄ mm⁹ ẽ lumis adiciat. Perfectoꝝ ẽ viroꝝ nõ q̃elibꝫ ſãctoꝝ imitando ſʒ ipaʒ veritatẽ intuendo · ad cui⁹ ymaginẽ ſãcti ſũt iuſticiã opati. Et h̄ iudicat qd̄ ſcribit̃ faciam⁹ hominẽ ad ymaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ nr̃aʒ · q̃a ipaʒ intelligẽdo imitatur diuinitatẽ ad cui⁹ fact⁹ ẽ ſimilitudinem. Iſte ergo tant⁹ ẽ ut nõ egeat homie demonſtratore iuſticie · ſʒ ipaʒ ↄtẽplãdo imitetur iuſticiã. Exempla ſãctoꝝ quibuſ edificatur hõ varias faciũt ↄſectari v̄tutes humilitatis ex xp̄o deuocõnis ex petro · caritatis ex iohãne · obediẽcie de abrahã · paciencie de yſaac · tolerancie de iacob · caſtimonie de ioſeph ·

manſuetudinis de moyſe · cōſtancie de ioſue · benignitatis de ſa
muel · miſericordie de dauid · abſtinencie de daniel. Hic et ce-
tera facta ꝑoꝝ quo labore quo moderamine q̄ ve intēcione vt
cōpūctione gerātur vir ſāct9 imitāda conſiderat.

De cōpunctione cordis   Capitulum · xii ·

Conpūctio cord' eſt humilitas mentis cū lacrimis · ex-
oriēs de recordacōe pcti et timore iudicii · Illa ē ꝯſūſ
pfectior cōpūctōis affectio q̄ omēs a ſe carnaliū deſi-
derioꝝ affect9 repellit · ⁊ intēcionē ſuā toto mētis ſtudio ī dī
cōtemplacōēꝫ defigit. Gemīnā eē cōpunctionē q̄ ꝓpter deum
anima cuiuſqꝫ electi afficit' · ideſt uel dum opeꝝ ſuoꝝ mala con
ſiderat uel dū deſideriū eterne vite ſuſpirat. Quatuor eē q̄li-
tates affectionū quib9 mens iuſti tedio ſalubri conpungit' · hoc
eſt memoria p̄teritoꝝ facinoꝝ · recordacio futuraꝝ penaꝝ · cō
ſideracio pegrinacōis ſue in hui9 vita longinq̄tate · deſiderium
ſupne patrie q̄ten9 ad eam quātocius valeat puenire. Quiſq̄s
pctoꝝ memoria cōpūgit' ad lamēta · tūc dei ſe viſitari ſciat p̄-
ſencia · q̄n̄do id qꝫ ſe admiſiſſe recolit interius erubeſcit ſuoqꝫ
iudicio penitēdo iam punit ⁊c. Illam tunc petrus fleuit · q̄n̄do
in eum criſt9 reſpexit. Vn̄ et pſalmus. Reſpexit inquit et cō-
mota eſt et contremuit terra. Greſſus dei ſunt in corde hoīs
uel in interiori vi qua bona deſideria ſurgunt ⁊ calcant' mala.
Quando ergo iſta in corde hominis fiūt. ſciendū eſt tūc deū per
graciam cordi humano p̄n̄tem. Vnde ſe tunc magis hō accen-
dere ad cōpūctionē debꝫ quādo ſentit deum interius operātē
Quō mens homīs iuſti ex vera ꝯpūctione rapiat' ⁊ q̄liter infir
mata reuertit' de guſtate lucis magnitudine · illum noſſe poſ-
ſe q̄ iā aliq̄d exinde guſtauit. Sūt q̄ nō ex vera cordis cōpun-
ctione ſui accuſatores fiūnt: Sed tn̄ ad hoc eē ſe pctores aſſi
gnāt ut ex ficta hūilitate ꝯfeſſiōis locū inueniāt ſanctitatiſ.

De ꝯfeſſione peccatoꝝ et penitēcia   Ca^m^ · xiii

Ex eo vnuſquiſqꝫ iuſt9 eē incipit · ex quo ſui accuſator
extiterit. Multi aūt ecōtra ſemetipſos peccatores fa-
tent' · et tn̄ ſemetipſos a peccato nō ſubtrahūt. Magna iam iu-
ſticie pars eſt ſe ipm̄ noſſe homo q̄d prauus eſt ut ex eo diui-
ne virtuti ſubdat' humili9 ex quo ſuā infirmitatē agnoſcit.
Bn̄ ſe iudicat iuſt9 ī hac vita · ne iudicet' a dō dānacōe ꝑpetua

Tunc aūt iudiciū de ſe quiſq; ſumit · qn̄ p dignā penitenciā ſua praua facta ↄdemnat. Amaritudo penitēcie facit animū ⁊ ſua facta ſbtili9 diſcutere · ⁊ dona dei q̄ ↄtempſit flendo cōmēorare Nichil aūt peius q̄m culpā agnoſcere nec deflere · duplicē habere deb; fletū in penitēcia om̄is peccator ſiue q; p negligēciā bonū nō fecit ſeu q̄a malū p audaciā ꝑpetrauit Quod em̄ oportuit nō geſſit · et geſſit qd̄ agē nō oportuit. Jlle penitēciā digne agit q̄ reatū ſuū ſatiſfactione legittima plāgit. Condēnando ſc; ac deflēdo q̄ geſſit tāto inde plorādo ꝓfūdi9 · q̄nto extitit in pcc̄o ꝓcliui9. Jlle penitēciā digne agit · q̄ ſic p̄terita mala deplorat ut et illa futura iteꝝ nō cōmittat. Nam qui plangit peccatū ⁊ iteꝝ admittit peccatū q̄i ſi q̄s lauet laterē crudū quē q̄ntomagis lauerit tanto ampli9 lutū facit. Q̄ntūquiſq; ſit pc̄tor ⁊ impi9 · ſi ad penitēciā ↄūtat̄ · ↄſequi poſſe veniam credit̄. Nulli9 em̄ de bonitate dei dubitat · ſ; ſola accipiēnciū p̄uitas ↄferri ſibi indulgēciā abnegat. Jn hac vita tantūdem penitēcie pat; libertas · poſt mortē vero nullā correctionis eē licēciā. Vn̄ ⁊ dn̄s dicit. Me oportet opari opa ei9 qui me miſit donec dies eſt. Venit aūt nox · qn̄ nemo poteſt operari. Vnde et ꝓpha date inq̄t dn̄o deo nr̄o gloriā anteq̄m cōtenebreſcat ideſt anteq; mors eterna p̄ueniat. Jn hac vita dū eſtis deū p penitēciā glorificate. Ad huc ī hoc ſeculo penitēciam opantib; dei miſericordia ſbuenit. Jn futuro aūt iam nō opamur · ſ; racionē nr̄oꝝ opeꝝ ponim9. Per id q̄ deteriorātur pleꝝq; iniq̄ p qd̄ p penitēciā dei ſpaciū accipiūt emendādi · q̄a illi mora viuēdi nō utunt̄ ad penitēciā · ſ; ad peccandi vſurpāt audaciā. A malo aūt indeteri9 vadit · q̄ temp9 ſibi ad penitendum indultū ad libertatē praui opis vertit · feſtinare deb; ad dn̄m penitendo vnuſquiſq; dū poteſt · ne ſi dū poteſt noluerit cū tarde voluerit om̄ino nō poſſit. Proinde ꝓpha ait. Querite dn̄m dū inuenire pt̄ · inuocate eū dū ꝓpe ē Et vbi inuenire pt̄ niſi ī hac vita · in q̄ eciā ⁊ ꝓpe eſt om̄ib; inuocantib; ſe. Nā tūc iam longe erit qn̄ dixerit ite ī ignē eternū. Modo aūt nō videt̄ et ꝓpe eſt tūc videbit̄ ⁊ ꝓpe nō erit · q̄a ⁊ videri poterit et nō poterit inueniri. Si qn̄ quiſq; peccare poteſt penitet · vitam q; ſuā viuens ab om̄i crimine corrigit nō dubiū qd̄ moriens ad eternā trāſeat requiem. Qui aūt p̄ue viuendo penitēciā ī mortiſ

agit periculo ſicut eius damnacio incerta eſt· ſic remiſſio du-
bia. Qui ergo cupit certus eē in morte de indulgencia ſanus
peniteat· ſanus ꝑpetrata facinora defleat. Sunt qui peniten-
tibus ſecuritatē cito pollicētur quibꝫ bene p ꝓphetam dicit.
Curant cōtricionem filie populi mei cū ignominia dicentes
pax et non eſt pax. Cū ignominia igit curat ꝯtricionē· q̄ pec-
canti et nō legittime penitēti ꝓmittit ſecuritatē. Vñ ꝛ ſeq̄-
tur. Cōfuſi ſūt· q̄ abhominatorē fecerūt ideſt ꝯfuſi ſūt nō peni-
tēdo ſꝫ penas luēdo. Aliter enī ꝯfūdit corā iudice reus dū ple-
ctit· atq̄ aliter q̄ de malo ope erubeſcēs corrigit. Ille enī q̄a
reprehēſus ē ꝯfūdit· iſte q̄a ſe malū feciſſe memorat. Quāuis
per penitēciā ꝓpiciacio pctoꝝ ſit· ſine metu tñ hō eē nō debet
quia penitētis ſatiſfactio diuino tantū penſatur iudicio non
humano. Proinde q̄a miſeracio dī occulta ē ſine intermiſſione
flere neceſſe ē. Neq̄ enī vnq̄ oportꝫ penitētē hr̄e de peccatis
ſecuritatē. Nam ſecuritas negligēciā parit. negligēcia aūt ſe-
pe incautū ad vicia trāſacta reducit. Dum p penitēciā expul-
ſa fuerint abhomīe vicia. Si forte poſt hec intercidēte ſecuri-
tate q̄libꝫ culpa ſbrepſerit ꝯfeſtim delectacōes priſtine vicioꝝ
mētē auidꝰ irrepūt· pulſātesq̄ hoīez ī ꝯſuetis opibꝫ g̃uiꝰ ptra-
hunt· ita ut ſint nouiſſima illius peiora prioribus.

De deſperacione peccancium Capitulum· xiiii

Non per locoꝝ ſpacia ſed per affectum bonū uel malū
itur receditur ve a deo. Neq̄ enī greſſu pedū ſꝫ greſſu
operꝝ uel moꝝ elōgamꝰ uel ꝓpīquamꝰ ad dn̄m. Perpetra-
re flagiciū aliqđ mors anime ē· ꝯtemnere penitēciā ꝛ pmanere
in culpa· deſcēdere in infernū poſt mortē eſt. Ergo peccare ad
mortem ptinet· deſperare ī infernū deſcēdē. Vñ ꝛ ſcriptura ait·
impius dū in profūdū maloꝝ venerit ꝯtemnit. Sepe diabolꝰ e-
os quos ꝯuerti ad penitēciā aſpicit immanitate ſceleꝝ pcuſſos
ad deſperacionē deducit· ut ſbtracta ſpe venie trahat indiffi-
dēciā q̄s nō potuit retinē pſeuerātes ī culpa. Sed penitēs ꝓui-
dere debꝫ callidas ꝯtra ſe hoſtis inſidias· ſic q̄ dei iuſticiā me-
tuat· ut tñ q̄muis ī magnis ſceleribꝫ de miſericordia eiꝰ ꝯfidat.
Ampliꝰ letatur dn̄s de anima deſperata et aliqñ ꝯuerſa· quā de ea
que nunq̄ extitit perdita· ſicut de prodigo filio q̄ mortuꝰ fu-
erat ꝛ reuixit pierat ꝛ inuentꝰ ē. De cuiꝰ regreſſu magnū fit

gaudiū pr̄i nō aliter coram deo ⁊ angelis copiosius eē gaudiū
de eo q̄ a periculo liberatꝰ q̄m de eo q̄ nunꝙ nouit pc̄ti p̄iculū
Q̄nto em̄ ꝯtristat res pdita · tāto magis letificat si fueit inuē
ta. Sicut in euāgelio pastor ille exultat · q̄ pditam ouem inuē
tam humeris suis gaudēs reportat. Nullꝰ desperare debꝫ veniā
eciā si circa finē vite ad penitēciā ꝯuertatꝰ. Vnū queꝗ em̄ deꝰ de
suo fine nō de vita p̄terita iudicat. Hoc quippe ⁊ legis testimo
nio edocetꝰ qđ homo de suo extremo iustificatꝰ qn̄ ꝓ asini p̄mo-
genito ouem iussit offerri · hoc est immūdiciā vite p̄oris mutā
dam p innocēciā boni finis. Vn̄ ⁊ cauda iubetꝰ offerri in hostiā ·
idest vita extrema in penitenciā. Multi sup̄na respersi gr̄a i ex
tremis suis ad deū reuertūtur p penitēciā · ⁊ quecūꝗ mala ges
serunt quotidianis fletibꝰ purgāt · atꝫ in bonis factis mala ge
sta cōmutāt. Quibꝰ iuste totū qđ deliq̄rāt ignoscitꝰ · q̄a ipi qđ
male gesserūt penitēdo cognoscūt. In vita hoīs finis querē-
dus est · qm̄ deꝰ nō respicit q̄lez antea viximꝰ · sꝫ q̄les circa vi
te finē erimꝰ

¶ De hijs q̄ a d̄o deserūtur ¶ Caᵐ · xv ·

DEserente deo nullū penitere · deo respiciēte sua vnū-
queꝗ facta vidē ⁊ plāgē ⁊ vn̄ ceciderit cogitare. Non
nulli aūt ita despiciuntꝰ a deo ut deplorare mala sua nō
possint eciā si velint. Cōsilio immūdoꝝ spūum hꝫ ē · q̄a ipis nega
tum ē post p̄uaricacōez regredi ad iusticiā · obserare aditū pe
nitēcie hoībꝰ cupiūt ne uel ipi reuertātur ad deū · eosꝗ soci-
os in pdicione habere ꝯtēdūt. Quibuscūꝗ fraudibꝰ insistētes
ut aut deserātur a deo aut flagelli immanitate desperēt. In-
gemiscēdū est iugiter ⁊ posposita securitate lugēdū ne dei se
creto ⁊ iusto iudicio deseratꝰ homo · ⁊ pdēdꝰ i potestate demo-
num relinq̄tur. Nam reuera q̄m d̄s deserit demones suscipiūt
Dominici ꝯtemptores p̄cepti · statim ut aūtuntꝰ a deo a malig-
nis spiritibꝰ occupātur a quibꝰ eciā ut mala faciāt psuadētur
Hinc est illud ꝓpheticū inimicos dei psequūtur tenebre · q̄ in-
telliguntꝰ demones. Vn̄ ⁊ in psalmo legitꝰ immissiones p ange-
los malos. Quidā reproboꝝ i potestate demonū occulto dei
iudicio ⁊ iustissimo redigūtꝰ ysaia testāte. Ipe misit eis sortē
et manꝰ eiꝰ diuisit eis eā in mēsurā · usꝗ ineternū possidebunt
eā. Quidā electoꝝ dimittūtur diuina iusticia incidere i errorē
peccati · sꝫ tn̄ miseracione eius reducti denuo conuertuntur.

De talibꝰ eñ per ꝓphetam dñs loquitur. Et dimisi eum et re-
duxi eum et reddidi ei ↄsolacionē. Nonnūq̄ eciā reuertēs deꝰ
ad homīnē quē deseruerat. rursus affligēs visitat. et ꝑ lamē-
ta lacrimaꝝ ac penitēcie afflictionē a pctis expurgat dicēte
Job ad deū. Propter suꝑbiā inqͭt q̄i leenā capies me. reūsusq̄
mirabiliter me crucias. Reuertens eñ deꝰ homīnē cruciat qñ
quē peccantē deseruerat flagellādo iteꝝ visitat. Malis actibꝰ
contra nos ampliꝰ celestē iracūdiam nequaq̄m ꝓuocare debe-
mus quin pocius si penitēdo digna deo acta gesserimꝰ. seueri-
tatē eiꝰ in clemēciam cōmutabimꝰ. Nam ille q̄ nos malos to-
lerat nō dubiū est qđ ↄūsis clemēter ignoscat. Nam qđ seruat
nobis tempus penitencie ut nō simul morte obruamur preci
piti. sed dat loc9 satisfactionis. hoc totū de dei ꝓcedit clemē
cia. ut nos nō dānet crudelit̄ ſ; expectet ad penitēciā paciēter

¶ De hijs q̄ ad delictū post lacrimas reūtunt̄ ¶ Caᵐ. xvi

Irrisor est non penitens qui ad huc agit quod penitet. nec vi-
detur deum poscere subditus sed subsannare suꝑbus. Canis re
uersus ad vomitum. est penitens ad peccatū. Multi eñ lacri-
mas indesinēter fundūt et peccare nō desinūt. Quosdam acci
pere lacrimas ad penitenciā et effectū penitēcie nō habere q̄a
in cōstācia mētis nūc recordacione pcti lacrimas fūdūt. nūc
vero reuiuiscēcie usu ea q̄ fluxerūt iterādo cōmittūt. Qui et p̄
terita vult plāgere et actionibꝰ secularibꝰ incubare. iste mun-
dacōes nō habꝫ qm̄ adhuc agit q̄ penitēdo deflere possit. Ysa
ias peccatoribꝰ dicit. Lauammi. mūdi estote. lauat̄ itaq̄ ꝛ mū
dus est. q̄ ꝛ p̄terita plāgit et flēda iteꝝ nō admittit. lauatur
et nō est mūdꝰ q̄ plāgit q̄ gessit nec deserit. et post lacrimas
ea q̄ fleuerat repetit. Hic deniq̄ ꝛ alibi aīāꝫ penitētē atq̄ iteꝝ
delinquentē ſmo diuīnꝰ increpat dicēs Quā vilis es facta ni-
mis iterās vias tuas. Quisquis ḡ culpas p̄teritas plorat. hūc
necesse ē modū teneat. ut sic admissa defleat ne iteꝝ flēda cō
mittat. Ve michi misero ꝑsidero qui et penitere retroacto ne-
gligo. et adhuc penitēda cōmitto ¶ De peccato

Duobꝰ modis peccatū cōmittit̄ idest ¶ Caᵐ. xvij
aut vi cupiditatis aut metu timoris id ē dū ul̄ quisq̄
vult adipisci q̄ cupit. ul̄ timet ne incurrat q̄ metuit.
Quatuor modis ↄmittit̄ pctm̄ ī corde. q̄tuor ꝑpetrat̄ ex ope-

Perpetratur corde ſuggeſtione demonū· delectacione carnis
ꝯſenſione mētis· defēſione elacionis. Cōmittiť ope· nūc latenť
nūc palā· nūc ꝯſuetudine· nūc deſperacione. Iſtis ergo gradi
bus ⁊ corde delinquitur et ope malicia ꝑpetrať. Tribus modis
peccatū geriť. hoc ē ignorācia infirmitate induſtria periculo·
aut penaꝝ diuiſio. Ignorācie nāq mō peccauit i paradiſo eua
ſicut apſtus ait. Vir nō ē ſeductꝰ· mulier aūt ſeducta in ꝑua-
ricacione fuit. Ergo eua peccauit ignorācia. Adam vero indu-
ſtria· qa nō ſeductꝰ ſʒ ſciens prudēſq peccauit. Qui vero ſedu-
citur· quid ꝯſenciat euidēter ignorat. De infirmitate aūt pe-
trus deliqt qn̄ ad metū interrogātis ancille xp̄m negauit.
Vn̄ ⁊ poſt peccatū amariſſime fleuit. Grauius eſt infirmitate
quā ignorācia quēq delinqre grauiuſq induſtria q̄m infirmi-
tate pctōre. Induſtria nāq peccat q̄ ſtudio ac deliberacione
mentis malū agit. Infirmitate aūt q̄ caſu uel ꝑcipitacōe de-
linqt. Nequiꝰ aūt ꝫ de induſtria peccant· q̄ nō ſolū nō bene
viuunt· ſʒ adhuc et bn̄ viuētes ſi poſſunt a veritate diuiunt.
Sunt em̄ q̄ ignorāter peccāt· ⁊ ſūt q̄ ſciēter. Sūt eciā ⁊ q̄ pro
ignorācie excuſacione ſcire nolūt· ut minꝰ culpabiles habeā-
tur· q̄ tn̄ ſeipos nō muniūt· ſʒ magis decipiūt. Neſcire em̄ ſim
pliciter ad ignorāciā ptinꝫ noluiſſe vero ſcire ad cōtumacē ſu
pbiā. Volūtatē qppe ꝑpriā dn̄i velle neſcire· q̄d aliud ē q̄ dn̄m
ſupbiēdo ꝯtēpnere. Nemo igiť ſe de ignorācia excuſet q̄a dꝰ nō
ſolū eos iudicat q̄ a cognicōe ſua reuītūtur· ſʒ eciā ⁊ illos q̄ ne
ſcierūt teſtāte eodē dn̄o p ꝑpħaꝫ Diſpdā inqt hoies a facie ter
re· et eos q̄ auītūtur poſt tergū dn̄i· ꝫ q̄ nō queſierūt dn̄m· nec
inueſtigauerūt eū. Et pſalmꝰ. Effūde inqt irā tuā in gētes q̄
te nō nouerūt ¶ De leuioribꝰ peccatis ¶ Caᵐ· xviij

Multi vitā ſine crimine habere poſſunt ſine peccato nō
poſſunt. Nam q̄muis i h̄ ſeculo magna iuſticie q̄ſq cla
ritate reſplēdeat nūq tamē purꝰ pctōꝝ ſordibꝰ carꝫ
Iohāne apſto atteſtāte q̄ dicit. Si dixerimꝰ q peccatū nō ha
beamꝰ ipi nos ſeducimꝰ. Et veritas i nobis nō eſt. Quedā ſūt
facta peccati ſimilia· ſʒ ſi bono aīo fiāt nō ſunt pcta· utpote
poteſtas· ſi nō vlciſcēdi cupiditate· ſʒ magis corrigēdi ſtudio
vlciſcať in reū. Itē ſunt pcta leuia q̄ ab incipiētibꝰ quotidia-
na ſatiſfactione purgātur q̄ tn̄ a pfectis viris velud magna

crimina euitantur. Quid aūt homines de magnis ſceleribꝫ agere debēt qñ eciā pfecti leuia queq̄ delicta q̄i grauiſſima lugent. Nō ſolū grauia. ſʒ et leuia ſūt cauenda pc̄ta. Multa enī leuia vnū grāde efficiūt. ſicut ex puis ſolēt ⁊ minimis guttis immēſa flumina creſcere. Numeroſitas enī i vnū coacta exnudātē ef ficiat copiā. Peccata q̄ incipiētibꝫ leuia ſūt pfectis viris ḡuia ſūt. Tāto enī maius cognoſcit̄ eē pc̄m. qn̄to maior q̄ peccat habet̄. Creſcit enī delicti cumulꝰ iuxta ordinē meritoꝝ et ſe pe qd̄ minoribꝫ ignoſcit̄ maioribꝫ imputatur.

## De grauioribꝫ peccatis. Capitulum. xix.

Experimēto minoꝝ peccatorum maiora cōmittuntur peccata ut durius feriant̄ ꝓ magnis ſceleribꝫ. qui de paruis corrigi noluerūt. Iudicio aūt diuino i reatum neq̄orem labunt̄. q̄ diſtringē minora ſua facta ɔtēnūt. Multi a crimīe i crimē corruūt q2 dei cognicōeꝫ habētes timorē eiuſ negligūt. et quē nouerūt pſciēciā p actionē nō venerant̄. Ideo q̄ cecātur diuino iudicio puniēda cōmittē. ⁊ i penā cōmiſſi fa cinoris. facinꝰ deteius addē. Sepe pc̄m alteriꝰ pc̄ti cauſa eſt q̄ cū cōmittit̄ aliud ex ip̄o q̄i ſua ſoboles orit̄ ſicut fieri ſolet naſci libidinē ex nimia vētris ingluuie. Pena vero pc̄ti pc̄m admittit̄. qñ ꝓ merito cuiuſq̄ pc̄ti deo deſerēte. i aliud pc̄m deteriꝰ itur de q̄ ampliꝰ q̄ admiſerit ſordidet̄. Ergo p̄cedēs pec catū cauſa ē ſequētis pc̄ti. ſequēs vero pc̄m pena ē p̄cedētis delicti. Precedēcia itaq̄ pc̄ta ſequēciū ſūt criminū cauſa. ut il la q̄ ſequūtur ſint p̄cedēciū pena. Precedēciū pc̄toꝝ pena ip̄a vocat̄ induracio. veniēs de diuīa iuſticia. Hinc ē q̄ ait ꝓpha In duraſti cor nr̄m ne timiēmꝰ te. Neq̄ enī dū q̄cūq̄ iuſti ſūt a deo impellunt̄ ut mli fiāt. Sʒ dū mli iā ſūt indurātur ut deteiores exiſtāt ſic ⁊ ap̄lus dicit. Qm̄ vitatē dī nō receperūt ut ſalui fierēt immiſit illis deꝰ ſpm̄ erroris. Facit ḡ dn̄s q̄ſdā peccare. ſʒ in q̄bꝫ iā talia pc̄ta p̄ceſſerūt. ut iuſto iudicio eiꝰ mereant̄ in deteriꝰ ire. Talia q̄ppe pc̄ta p̄cedētibꝫ aliīs pc̄tis ꝓlabunt̄ in penā pc̄ti. Quedā de ira dei veniūt pc̄ta. q̄ ꝓmerito alioꝝ cō penſant̄ peccatoꝝ. Vnde ⁊ ꝓpheta ecce inq̄t tu iratus es et nos peccauimus. in ipſis fuimus ſemper. tāq̄ ſi diceret. Quia ſemper i peccatis fuimꝰ. iratꝰ es vt deteriꝰ peccaremꝰ. Quid enī ſit irā dei mereri q̄d vero ꝓuocare prudēs lc̄tor debꝫ ſcire

Grauior nãq3 est ira q̃ ꝓuocat quã ea q̃ meret̃. Nam meremur qñ ignorãdo peccam9 ꝓuocam9 qñ scim9 bonũ facere nec vo-lum9. Nũc irã dei dũ viuim9 vitare possum9. Timeam9 ergo ne veniẽte illo terrore iudicij sentiri possit vitari nõ possit

De manifestis occultisq3 peccatis Ca^m. xx.

Maioris ẽ culpe manifeste q̃m occulte peccare. Dupliciter em̃ reus ẽ q̃ apte delinq̃t. q̃a et agit et doc3. De talib9 ysaias dicit. Et pc̃ta sua q̃i sodoma p̄dicauerũt. nec absc̃oderũt. Multi em̃ publice delinquẽtes sine vllo pō-dere sua flagicia p̄dicant. nec vlla vtunt̃ sceleris verecundia Quedã em̃ iam iusticie porcio est iniq̃tatẽ suã hoĩe3 abscondẽ. et in semetip̄o de pc̃tis ꝓprijs erubescẽ. Pc̃tm ꝑpetrare crimen est. pc̃tm p̄dicare clamor est. De quo eciã dicit aplus. Et clamor aufferat̃ a nobis. cũ om̃i malicia. idest cũ ip̄is pc̃tis. ex eo ip̄o q̃ quisq3 pc̃tm qđ agit nõ abscõdit iudicij iã eẽ iudiciũ q̃a nõ erubescit nisi de ꝯsciẽcie reatu. Ergo ⁊ hec ip̄o qđ q̃sq3 de facto suo erubescit ip̄e iã iudex ẽ

De pc̃ti amore Ca^m. xxi.

Aliud est nõ peccare amore dilectõis dei. aliud timore supplicij. Qui em̃ amore caritatis dei nõ peccat. horrescit omne malũ amplectẽdo iusticie bonũ nec eũ delectat pc̃tm. eciã si sceleris impuritas ꝑmittat̃. Qui vero sola pena supplicij in se vicia reprimit. quãuis nõ expleat opus pc̃ti. viuit tñ i eo volũtas peccãdi Dol3 q3 sibi illicitũ qđ lex ꝓhibere dinoscit̃. Ille g̃ mercedẽ boni op̄is et iusticie p̄miũ ꝑcipit q̃ amãdo iusticiã facit. nõ is q̃ eã solo metu penaꝝ inuitus custodit. Quidã ⁊ diligũt pc̃tm ⁊ faciũt. q̃dã diligũt tm̃ ⁊ nõ faciunt. Pleriq3 vero faciũt tm̃ ⁊ nõ diligũt. Nonnulli pc̃tm non faciũt ⁊ tñ iusticiã odiũt. Graui9 aũt peccat q̃ nõ solũ pc̃tm diligit s3 ⁊ facit. q̃m qui nõ facit ⁊ diligit grauiusq3 interdum q̃ diligit. ⁊ nõ facit q̃m q̃ facit ⁊ odit. Grauissimũ ẽ nõ solũ facere s3 ⁊ diligere pc̃tm. Nam sũt q̃dã qui ꝯfestim p̄ acto flagicio ꝯfũdunt̃ ⁊ sũt q̃ nõ solũ nõ dolẽt gessisse malũ. s3 eciã de ip̄o malo ope gloriant̃. Hic q3 ad cõpacoẽ3 male fit deteri9. dũ de vicijs ĝtulãtes extollunt̃ i penis De talib9 ait salomon q̃ letãt̃ cũ male fecerint ⁊ exultãt i reb9 pessimis

De peccandi necessitate Ca^m. xxij

Interdũ mali sum9. necessitate pocius nõ volũtate existim9. Vertẽda est aũt necessitas mali

in volūtatē boni. Pleriq; nō volūtate ſʒ ſola neceſſitate peccāt
ꝑtimeſcētes tꝑalem inopiā. Et dū p̄ñtis ſeculi neceſſitatē re-
fugiūt a futuris bonis ꝓuant̄. Itē nōnulli pc̄m volūtate nō
neceſſitate cōmittūt nullaq; coacti inopia exiſtūt iniq̄. ſʒ tā-
tū gr̄is cupiūt eē mali. Neq; eñ ipaȝ rem amāt quā appetūt ſʒ
ipa tm̄ pc̄i mlicia delectant̄ ¶ De pc̄i conſuetudine

Melius ē pc̄m cauere q̄ emēdare. facili9 ¶ Ca^m. xxiii.
eñ reſiſtim9 hoſti q̄ nō dū victi ſum9 q̄m ei a q̄ iam ſu-
ꝑati ac deuicti cognoſcimur. Omne peccatū anteq̄m
admittat̄ ampli9 ꝑtimeſcit̄. quāuis aūt grue ſit. dū in vſū vene
rit leue exiſtimat̄ ſine ullo metu ꝯmittit̄. Iſtis fomitib9 q̄ q̄-
buſdā caleſcit om̄e pc̄m. Cogitacio nāq; ꝓua delectacōeȝ pa-
rit delectacio ꝯſenſū. Cōſenſio actionē. actio ꝯſuetudinē. Cō-
ſuetudo neceſſitatē. Sicq; hiis vinculis hō implicat9 quadam
catena vicioꝝ tenet̄ aſtrict9. ita ut ab ea auelli nequaq; vale-
at. niſi diuina gr̄a manū iacentis apphēdat. Peccatū admittē
cadere eſt inputeū. ꝯſuetuetudinē vero peccādi facē os putei ē
coanguſtari ne is q̄ cecidit valeat exire. Si interdū eciā tales
de9 liberat. dū eoꝝ deſperacionē ad ꝯfuſionē libertatis cōmu-
tat. Ipō eñ miſerāte pc̄ta dimittunt̄. q̄ ꝓtegēte fit. ne i dete-
rius peccādo eat̄. Neq̄ſſimū ē peccare. peius ē peccādi ꝯſuetu-
dinē facere. Ab illo facile ab hoc cū labore reſurgit̄. dū male
cōſuetudini repugnat̄. Male agēdi cōſuetudinē receſſum eſſe
ꝓpheta aſſerit in profūdū. cui9 vſu q̄ſi q̄dam lege homo tenet̄
aſtrict9. ut eciā quādo nō vult peccatū cōmittat. A lapſu ve-
ro cito reſurgē nō eſt in profūdū ire. Ap̄l'us legē peccati di-
cit eē in mēbris nr̄is. que lex ꝯſuetudo eſt. quā peccādo cōcipi
mus. ⁊ nō ab ea cū volum9 diſcedim9. q̄a iā neceſſitatis vincu
lo p cōſuetudinē retinemur. Multū veri amor agit in hōie ſʒ
reſultat cauſa mali ꝯſuetudis lege. Bene aūt audacter ꝓ bona
ꝯſciēcia exultat. q̄ valēter in ſe repmit qd inſolēter impugnat
Frequēter peccare cauēdū ē. nam h̄ ipm qd de malo nr̄o plex-
q; deus nobis ſalutem operatur. quanto mirabile eſt tanto per
rarum eſt. Propterea metuendum eſt cōfidere ita ſaluari ne
forte dum expectamus a viciis ſanari et vicia multiplicem9.
et ſalutem non adipiſcamur. Ergo ſtudeamus aut non cade-
re. aut cito ꝯuerſi a lapſu ꝯſurgere. Omnino peccare cauēdū eſt.

Quod ſi humana fragilitate pctm ſbrepſcit. cōfeſtim erit corrigēdū qđ neqter ſentit' cōmiſſum Cito eni corrigit' culpa que cito cognoſcit'. tardius aūt ſanat' vuln9 qđ iam putreſcētib9 mēbris longo poſt tpe curacōib9 adhibetur. Iteracio peccati grauior ē ſi morb9 ſup morbū veniat ſicut ſi ymber ſup ymbrē occurrat. Mora peccādi immanitatē facit ſceleris. Vn̄ ⁊ ꝓpha Ve inqt q̄ trahitis iniqtatē i funiculis vanitatis ⁊ q̄ſi vinculū plauſtri pctm. Trahere ē eni iniqtatē morā facere i iniqtate Vn̄ et pſalm9. ꝓlongauerūt iniqtates ſuas dn̄s iuſtus cōcidet ceruices pctoꝝ.

¶ De peccati recordacōe ¶ Caᵐ. xxiiii

Bonū ē homini ſemp an̄ oculos ꝓpria adhibere delicta ſcđm pſalmi ſenteciā. Et pctm meū an̄ me eſt ſemper. Sicut eni nō oportꝫ reminiſci pcti affectu. ſic ſemp neceſſe eſt vnūquēq3 ſuū indeflēdo cōmēoracōe pctm. Apud iuſtum recordacio pcti. facit tediū animi Qui aūt luxurie ⁊ cupiditati ſbditi ſūt ꝯtumaci ſupbia. eciā de ipo pcti ope gloriātur. Seruo dei tanta recordacio eē debꝫ pcti. ut ea q̄ geſſit ſp lacrimās ꝯfiteat'. Vn̄ ⁊ pſalm9 dicit. Conuſus ſū i erumna dū cōfigitur ſpina. pctm meū cognitū tibi feci. Et dixi ꝓnūciabo aduſum me in iuſticias meas dn̄o. Sup̄ eni dixerat. Qm̄ tacui hoc ē nō ſū ꝯfeſſus. Inueterauerūt oſſa mea dū clamarem quotidie. Quid g̊ tacuiſſe ſe penitꝫ niſi ꝯfeſſionē pctoꝝ. Quid clamaſſe ſe dolet niſi defēſionē maloꝝ. Qui g̊ pctoꝝ ſuoꝝ defēſor extitit. neceſſe eſt ut penitēdo accuſet qđ ſupbiēs praue admiſit ⁊c̄.

¶ De cogitacione ¶ Capitulū. xxv.

Bipartita eſt cauſa peccādi. ideſt opis et cogitacōnis quoꝝ vnū iniqtas dicit' qđ ope gerit'. aliud iniuſticia qđ cogitacōe admittit'. Prius aūt actio reſecāda eſt Poſtea cogitacio. Prius p̄ua opa poſtmodū deſideria. Viciſſim aūt ⁊ a cogitacōe opa ꝓcedūt ⁊ ab ope cogitacio naſcit'. Qm̄uis ⁊ ſi ab ope malo q̄ſq3 vacet ꝓſolius tn̄ p̄ue cogitacōis malicia nō erit innocēs. Vn̄ ⁊ dn̄s p yſaiā. Auferte inqt malum cogitacionū nr̄aꝝ ab oculis meis. Nō eni ſolū factis ſꝫ ⁊ cogitacionib9 delinqm9. ſi eis illicite occurrētib9 delectemur. Sic vipera a filijs i vtero poſitis lacerata pimit'. ita nos cogitacōnes nr̄e intra nos enutrite occidūt ⁊ ꝯcepto interi9 vipio veneno ꝯſumūt. aiaꝫq3 nr̄aꝫ crudeli vulnere pimūt Nō ē arbitriū

noſtri cogitacões ꝑue ſuggeſtionis ꝑuenire. iacẽ aũt ĩ aĩo co
gitacõez nr̃e attinet volũtati. Illud ꝗ ad culpã nõ redigitur
iſtud culpe ꝓprie imputat̃. Nam cogitacões illicitas occurrẽ
demonũ eſt. cogitacõib⁹ oblectari ꝑũſis nr̃m ẽ. Pleꝝq; fieri ſo
let ut immũde corpaliũ reꝝ ſpẽs q̃s didiciam⁹ nr̃is mẽtib⁹ oppo
nãtur ⁊ nolẽtes eas cogitem⁹. Quãcũq; ab eis aciẽ mẽtis aũ-
tẽ nitim̃. tãto ille ſe magis aĩo ingerũt obſcenisq; nob motib⁹
obrepũt. Sed fit h̓ ꝓ ꝯdicione mortali. q̃m meruit ꝑm⁹ hõ in
penã ſui pcti. Dũ vnuſquiſq; diuina illumiacõe ꝑuenit̃. ſtatim
moleſtiis turpiũ cogitacõnũ pulſat̃. Sed dei ſuus iudicio ti-
moris dei eaꝝ tẽptaĩnta a ſemetipo reicit boniſq; cõtra obie-
ctis cogitacõib⁹ turpes a ſe repellit. Magna obſeruãcia circa
cord̃ ẽ cuſtodiã adhibere q̃a aut bone aut male rei ibi cõſiſtit
origo. Nam ſicut ſcriptũ eſt ex corde exeũt cogitacões male.
Ideoq; ſi ꝑus ꝑue cogitacõi reſiſtim⁹. in lapſũ opis nõ incurri-
mus. Nõ ẽ timẽdũ ſi bona malaq; ĩ cogitacõe veniãt. ſʒ magis
gloriãdũ eſt. ſi mẽs mala a bonis intellectu racõis diſcernat.
Itẽ nichil iuuat q; inter bonũ ⁊ malũ ſenſu prudẽciori diſcer
nim⁹. niſi ope aut m̃la cogitata caueam⁹ aut bona intellecta
faciamus.

## De ꝯſciencia Ca$^{m}$. xxvi.

Humana ꝯdicio dũ diũſis viciositatib⁹ mẽtẽ ꝯturbat ⁊
iã añ penas gehẽne p incognitũ aĩe appetitũ iã penas
ꝯſciẽcie patit̃. Quia fugere poterit hõ ꝑter cor ſuũ. Nõ
eĩn poteſt a ſe quiſq; recedẽ. Vbicũq; eĩn abierit reat⁹ ſui ꝯſci-
encia illũ nõ derelinq̄t. Quãuis humana iudicia ſbter fugiat
om̃is q̃ male agit iudiciũ tñ ꝯſciẽcie ſue effugẽ nõ poteſt. Nã
et ſi aliis celat qđ agit ſibi tñ celare nõ poteſt q̃ plene nouit
malũ eẽ q; geſſit. Duplex fit ꝗ in eo iudiciũ. q̃a ⁊ hic ſue ꝯſciẽ
cie reatu punit̃. et illic ꝑpetuali pena damnabit̃. Hoc eĩn ſig-
nificat abyſſus abyſſum inuocat in voce catharacthaꝝ. Abyſ
ſus eĩn abyſſum inuocare eſt de iudicio ſue ꝯſciẽcie ire ad iudi
cium damnacõis ꝑpetue. In voce catharacthaꝝ idem in p̄di
cacione ſctoꝝ.

## De intencione mẽtis Ca$^{m}$. xxvii.

Oculus hominis intẽcio opis ei⁹ ẽ. Si ergo intencio eius
bona eſt. et op⁹ intẽcõis ipſius bonũ eſt. Alioquin m̃le
intẽcõis op⁹ eciã ſi bonũ ĩ factis appareat. bonũ tñ iã
nõ eſt. q̃n ex ſua intẽcõe ã ꝓbat̃ bonũ aut reprobat̃ indignũ

Bona ē q̃ intēcio q̃ ꝓpter dm̄ ē. mala vero q̃ ꝑ terreno lucro aut vana gloria ē. Qui op⁹ bonū bona intēcōne nō faciūt. ꝓ hoc magis cecātur ope per q̄ꝫ illuminari potuerūt. Vnusquisq̄ꝫ bonum op⁹ qđ agit intēcione bona agit. qm̄ ꝑ male intencione pleꝝq̄ꝫ opus bonū qđ agim⁹ ꝑdim⁹ ꝛ mm⁹ a culpa vacuamur Sepe q̄ apud hominū iudicia bona patēt apud examē diligētiſſimi ꝛ acutiſſimi iudicis reproba detegūtur Ideoq̄ꝫ om̄is ſcūſ verratur ne forte bonū qđ agit ꝑ aliq̄ animi intēcione in oculiſ dei reprobum ſit

¶ De ſenſib⁹ carnis Ca^m. xxviii

Per ſenſus carnis morbo incepit mētis vnde ꝛ ꝑ ꝓphaꝫ dn̄s dicit. Om̄es cogitacōes terre ab aq̄lone veniēt et ponet vnuſquiſq̄ꝫ ſoliū ſuū in introitu portaꝝ ihr̄l'm Regna aq̄lonis vicia ſūt q̄ ſedes ſuas i portis ponūt. qm̄ ꝑ ſenſus carnis labem anime ingerūt. ideoq̄ꝫ i ipis portis ideſt i ipiſ ſenſib⁹ regnāt. Neq̄ꝫ em̄ aliūde peccam⁹ niſi videndo audiendo adtrectādo guſtādo atꝫ tāgendo. Vn̄ ꝛ alias dicit̄ Intrauit morſ ꝑ feneſtras noſtras ꝛ alibi ꝛ extranei ingrediebantur ꝑ portas eius. ꝛ ſup iheruſalē mittebāt ſortē. Extraneos q̄ꝑpe immūdoſ eē ſpūs q̄ tāq̄ꝫ ꝑ portas ita ꝑ ſenſus carnis aīaꝫ irrepūt ꝛ eā illecebrādo deuincūt

¶ De ſermone Ca^m. xxix.

Dum quedā ꝑua vicioꝝ v̄ba nō euitam⁹ in magno lingue ꝓlabimur crimīe. et dū facta q̄dam nō ḡuia libere ac ſine metu cōmittim⁹. ad pociora ſcelera. ꝛ horrenda peccandi ꝯſuetudine labimur. Sicut pleꝝq̄ꝫ multiloqoꝝ ſtulticia reprehēdit̄ ita rurſū nimis tacēciū vicia denotant̄. Illi em̄ ſatis laxādo linguā in leuitatis vicio defluūt. iſti nimis recitendo ab vtilitate torpeſcūt. Impiti ſicut loq̄ neſciūt ita tacere nō poſſunt. Mēte em̄ ineruditi ore loq̄ces v̄bis ꝑſtrepūt et ſenſu nichil dicūt. Sicut falſitas crimē aꝓficiētib⁹ ꝑtimeſcit̄. ita ocioſa v̄ba a ꝑfectis viris vitātur. Nam ſicut ait quidā. ꝑ ocioſo v̄bo racio punit̄. ꝑ ſmone iniuſto pena exoluitur. Vani ſmones in oro xp̄iani eē nō debēt Nam ſicut malos mores bona colloq̄a corrigūt. ita ꝑuia colloq̄a bonos mores corrūpunt Cuſtodia ori ponit̄ dū quiſq̄ꝫ nō ſe iuſtū. ſꝫ quod magis veꝝ eſt pc̄torē fatetur. Manum ſup os ponit. q̄ bonis operib⁹ lingue exceſſum opit. Manū ſuper os ponit qui male locucionis culpas bone actionis velamine tegit. Loquenſq̄ꝫ

ad dn̄m ꝑtinent nec faciēs. et ſi inutilis ſibi eſt. audientibꝰ tn̄ ꝓdeſt. Qui de ſapiēcia ſe laudari affectāt loquētē ꝓpha͠z attē dant. Ve q̇ ſapiētes eſtis in oculis vr̄is. ⁊ corā nobiſmetipos prudētes. Recte ex ſentēcia dicit. q̇ verā ſapiēciā guſtu inter‑ni ſaporis ſentit. Aſenciēdo eni̅ ſentēcia dicit᷑ ac ꝑ hoc arrogā tes q̇ ſine humilitate dicūt de ſola sciēcia dicūt nō de ſentēcia Ille eni̅ ſapit q̇ recte et ſcd̄m deū ſapit. In ſuā dicūt ɔtume‑liam doctores. ſi dū ſint ab eis dicta ſapiēter nimiū tn̄ eloquē ter. horret eni̅ ſapiēcia ſpi̅n eoꝝ ꝟboꝝ ambitu ac fuco mūdia‑lis eloquēcie inflatis ſ̄monibꝰ ꝑ ornatū. Quidā curioſe dele‑ctant᷑ audire quoſlibet ſapientes nō ut veritatē ab eis q̄rant ſed ut facundiā ſermonis eoꝝ agnoſcant more poetaꝝ qui ma gis cōpoſicionem verboꝝ quā ſentenciam veritatis ſequunt᷑. Qui bonum ſine caritate dicit tāq̄ es aut cimbalum ſonū fa‑cit aliis. ipe tamē ſibi manet inſenſibilis. Quadrimoda eſt di cendi racio. qua ꝓuidēdum eſt. quid cui quando uel quomodo aliq̇d proferatur. Item quadrimoda eſt dicēdi racio. qua aut bene ſenciēdo quid bene ꝓfert᷑. aut nil ſenciēdo nil dicit᷑. aut paꝝ ſenciēdo loq̇citas ſola oſtētat᷑. aut optime ſenciēdo nō ele gāter ꝓfertur qd̄ intelligit᷑. Itē q̄driptita ē loquēdi racio q̄ uel bonū bn̄. vel malū male. ſeu bonū male. aut malū bn̄ profer tur. Bonū q̇ppe bene loq̇tur q̇ ea q̄ recta ſūt humiliter annū‑ciare videtur. Malū male loq̇tur q̇ q̇tlibꝫ flagiciū ꝑſuadē co‑natur. bonū male loq̇tur q̇ qd̄cūq̄ rectū arroganter p̄dicare ſentit᷑. Malū bene loq̇tur q̇ aliq̇d narrādo viciū deteſtat᷑. ut ab eo homīes aūtant᷑. Corde bn̄ loq̇tur q̇ veritatē nō ſimulat. Ore bn̄ loq̇tur. q̇ veritatē annūciat. Factis bn̄ loq̇tur q̇ alios bo‑nis exemplis edificat. Corde male loquit᷑ q̇ interiꝰ cogitacōe͠z noxias meditat᷑ ⁊ cogitat. Lingua male loquit᷑ q̇ ꝓ eo qd̄ ma‑le agit flagellat᷑ ⁊ murmurat. factis male loq̇tur qui male vi uendo exemplis ſuis alios ad male viuendū informat. Semel bene loquitur qui ſe penitendo redarguit. Bis bene loquitur qui bene viuendo et alios inſtruit. Semel male loquit᷑ qui poſt vicium cito non corrigitur. Bis male loquitur. q̇ et male co‑gitat et male refert cogitata. Item bis male loquitur qui et bonum quod debuit non egit et malum quod non oportebat admiſit. Mali mala reſpondēt pro bonis. et adūſa ꝓ optimis.

Boni bona respōdēt. ꝑ malis. ⁊ prospera ꝑ adūsis. Adūsus cōuiciū lingue. fortitudo adhibēda ē paciēcie. ut temptacio q̄ ubique foris impugnat toleracie ꝟtute deuicta discedat. Nō oīs q̄ patit̄ probra iust9 ē ſ; q̄ ꝑ veritate ab aliis innocēs patitur. Ille tm̄modo iust9 est. Inter vitupacōes lingue ⁊ obprobria hominū isto se remedia mens iusti corroborat. vt tāto solidi9 in deū figat̄ interi9 q̄nto exteri9 ab humanis spnit̄ sensib9 q̄ illatas sibi ꝯtumelias tranq̄llo animo ꝑdit. dolorem cordis aperit. et virus q̄ feruet ī aīo facile reicit. Vulnera eñ mentis aperta cito exalant. clausa nimis exulcerāt. Qui dolorē iniurie clauso pectore tegit. q̄nto ampli9 ꝑ silēciū linguā ꝑmit. tanto acriorē dolorē intrinsecus nutrit. Vñ ⁊ vere q̄dam poetarum gentiliū dixit. Quoq̄ magis tegit̄. tect9 magis estuat ignis. Cecus eñ languor vehemēs est ac nimius q̄ tacitū viuit sub pectore vuln9

## De mendacio Capitulū xxx.

Mendaces faciūt ut nec vera dicētib9 credant̄. Reddit eñ sepe hoīez multa falsitas eciā in veritate suspectū. Sepe vera ꝑmittit q̄ falsa dictur9 est. ut cū ꝑmū acq̄sierit fidē. ad reliq̄ mēdacia audiētes credulos faciat. Multis vident̄ vera eē q̄ falsa sūt ⁊ ido nō ex deo ſ; ex suo mēdacio loquunt̄. Nō nūq̄ falsitas veriloquio adiungit̄. ⁊ plerūq̄ a veritate incipit q̄ falsa ꝯfingit latēt sepe venena circūlita melle verboꝝ ⁊ tādiu deceptor veritatē simulat quousq̄ fallēdo decipiat. Nō nūq̄ peius ē mēdaciū meditari q̄m loqui. Nā interdū quisq̄ incautū sol; ex ꝑcipitacōe loq̄ mēdaciū. meditari aūt ñ potest nisi ꝑ studiū. Grau9 ḡ ille ex studio mētiri perhibetur. quā is q̄ ex ꝑcipitacōe sola mētit̄. Quoꝑe cauēdū est oīe mēdaciū q̄muis nō nūq̄ sit aliq̄d mēdacii genus culpe leuioris si quisquā ꝑ salute hominū mēciat̄. Sed q̄a scriptū est. Os quod mentit̄ occidit aīa;. ⁊ perdes eos q̄ loquūtur mēdaciū. Hoc q̄q̄ mendacii genus ꝑfecti viri sumoꝑe fugiūt ut nec vita cuiuslibet ꝑ eoꝝ fallaciā defendat̄. ne sue anime noceāt. Dū ꝑstare aliene carni nitunt̄. q̄mq̄ h̄ ipm pcti gen9 facilime credam9 relaxari. Nam si q̄lib; culpa sequēti mercede purgatur. q̄ntomagis hec facile abstergit̄ q̄m merces ipa cōmittat̄. Multa mēciuntur multaq̄ fingūt homines ꝑpter hoīm laudē. sicq̄ fit ut et isti mēciēdo peāt ⁊ eos q̄s laudāt ad vane gl̄e ruinā ꝑducāt

Sicut bene ſibi cõſcius non metuit aliene lingue cõuiciũ. ita et qui laudatur ab alio non debet errorẽ aliene laudis attẽdere. ſed magis vnuſquiſq; teſtimonium cõſciẽcie ſue ꝙrat cui plus ipſe pſens eſt quã ille qui eum laudat. Opus eñ vnuſquiſq; ſuum pbet ut ait apl's. et tũc inſeipo tantũ quiſq; gloriã habebit. ideſt occulte in ſua ↄſciẽcia nõ palã in aliena lingua. Perfecti qui alta radice fũdati ſũt et ſi flamine laudis ac vituparacionis ut cũq; q̃i vẽtoꝝ interdũ curuẽtur impulſi fũdit9 tamẽ nõ deiciunť ſꝫ protin9 firmitate radicis ad ſe rediũt. Bona mẽs ad malũ nec p̃miis nec terroribꝰ vincit. Nã iniq; terrorẽ blandicĳs miſcẽt. ut aut oblectacione quẽq; decipiãt aut terroribus frãgãt. Qui laudatť i auditoꝝ amore inſeritť ſꝫ ſi veraciter et non ficte laudetur hoc ẽ ſi vera ſũt q̃ de illo loquuntur.

## De Iuramento Capitulum. xxxi.

Sicut mentire non poteſt q̃ non loquiť. ſic piurare nõ poterit qui iurare nõ appetit. Cauẽdam igiť eẽ iuracionem nec ea vtendũ niſi in ſola neceſſitate. Non ẽ cõtra dei pceptũ iurare. ſꝫ dum vſum iurãdi facim9 piurĳ crimẽ incurrimus. Nũq; ergo iuret. qui periurare timet. Multi dum loquuntur iurare ſemper delectantur dum oporteat hoc tantum eẽ in ore. eſt eſt. non non. Amplius eñ q̃m eſt. et non eſt. a malo eſt. Multi ut fallant periurant ut per fidem ſacramẽti fidem faciant verbi. ſic q; fallendo dum periurant et menciuntur. hominem incautum decipiunt. Interdum et falſis lacrimis ſeducti decipimur. et creditur dum plorant quibus credendum non erat. Plerumq; ſine iuramento loqui diſponimus. ſed incredulitate eoꝝ qui non credunt quod dicim9 iurare cõpellimur. taliq; neceſſitate iurãdi ↄſuetudinẽ facimus. Sũt multi ad credẽdũ pigri. q̃ nõ mouenť ad fidẽ v̓bi. Grauiť aũt delinquũt q̃ ſibi loquẽtes iurare cogũt. Quacũq; arte v̓borũ q̃ſq; iuret. de9 tñ q̃ ↄſciẽcie teſtis ẽ ita hoc accipit ſicut ille cui iurať intelligit. Dupliciter aũt reus fit q̃ et dei nomen in uanũ aſſumit et pximũ dolo capit. Nõ ẽ ↄſuãdũ iuramẽtũ quo malum incaute promittitur. veluti ſi quiſpiam adultere perpetuam cum ea permanendi fidem polliceať. Tolerabili9 eſt eñ non implere ſacramentum q̃m permanere inſtupri flagicio. Iurare eſt dei illa prouidẽcia que ſtatuit nõ cõuelli ſtatuta.

Penitencia aūt dei reꝝ mutacio eſt · nō penitere aūt · ſtatuta nō reuocare · ut eſt illud · iurauit dn̄s et nō penitebit eū ideſt q̄ iurauit nō mutabit

## ¶ De vicijs Capitulum · xxxij

Recedēs hō a deo ſtatim viciorꝝ tradit̄ poteſtati · ut dū patit̄ infeſta vicia · reuertēdo vn̄ ceciderat reſipiſcat · Et ſi ſācti toto animi niſu ɔtēdūt ſupare vicia · nec extingunt · q̄d agūt hn q̄ nō ſolū nō odiūt vicia · ſꝫ toto ea amore ſectant̄ · Satis delicate ſe palpat q̄ vult ſine labore vicia ſupare cū de pcti lege q̄m ſibi deſuiēdo vicijs fecit · ſine violēcia doloris reſecari nō poſſit · Perfecte renūciat vicio · q̄ occaſionē euitat in ꝑpetrādo pctō · Nam ſi velis tātūdē nō peccare ⁊ data occaſione peccaueris tu tibi reus ⁊ iudex es · q̄ ⁊ cōmiſſa damnas ⁊ damnata cōmittis: Hec aūt iudice reus eſt q̄ vicia ⁊ accuſat ⁊ ꝑpetrat · Quedā vicia dū nō pfecte vitant̄ ſuos i ſe faciunt relabi auctores. Nam ſi vnū viciū diſtricte vitet̄ ⁊ alia negligātur · inanis labor eſt · Nō enī poteſt in vni9 obſuacōne virtutis fortiter pdurare · cui9 alia vicia dominātur in corde · Nō nūq̄ hominē ſua vicia pſequūtur · q̄a nimiꝝ q̄ pus volēdo ea ſibi fecit ſocia · poſtea ſentit eadē nolēs ſtimuloſa · Nōnulli nō antea in errorē viciorꝝ labūtur · niſi pus interioris racōis pdiderint oculos. Sicuti ſamſon nō antea ab allophilis ad erroris ligat9 eſt machinam · niſi poſtq̄ ei ſūt lumīa oculorꝝ extincta Quidam vero uegetāte mētis racione viciorꝝ ſupant̄ incurſu · ſicq̄ deinde intēcionē bonorꝝ operꝝ pdunt · ſicut rex babilonis in oculis ſedechie pus filios interfecit · ⁊ ſic poſtea oculos ei9 euulſit · Ac p hoc poſt multorꝝ malorꝝ operꝝ ɔſuetudinē ⁊ interempcionē bonorꝝ perit quorūdam ⁊ racio

## ¶ Quod ex vicijs vicia ex virtutib9 v̄tutes oriunt̄ ¶ Ca^m · xxxiij ·

Gignunt̄ ſic ex pctō pcta ut dū non euitant̄ parua · incidat̄ i maximis · ⁊ dū defēdunt admiſſa nec lamētant̄ · ex flagicio ad ſupbiā itur · Vn̄ fit ut ⁊ duplicati ſit criminis reus q̄ ⁊ admittit ſcelera p volūtatē et defēdit ea p ɔtumacie tumorē · Sic vicio viciū gignitur · ſic virt9 virtute ɔcipit̄ · Ex vicio enī gignit̄ viciū · ſicuti dauid q̄ dum nō euitauit adulteriū ꝑpetrauit ⁊ homicidiū · Itē virtus virtute ɔcipit̄ ſicut p veitatē euāgelice pdicacōis v̄tutē martirij apl̄i meruerūt · In cordib9 ſeculariter viuenciū inuicem

ſibi ſuccedūt vicia· ut dum abierit ſuccedat aliud. Iuxta io-
hel ꝓphete teſtimoniū q̄ ait. Reſiduū eruce comedit locuſta·
et reſiduū locuſte comedit brucus· et reſiduū bruci comedit
rubigo p id ꝙ̄ iſta ſub viciorꝫ allegoria colligunt̄· q̄a ſeq̄tur ex-
ꝑgiſcemini ebrii ⁊ flete. Aliquādo vtiliter peccat̄ i minimis vi-
ciis· ut maiora vtiliꝰ caueātur. Lege paulū aplm· minora per-
mittētem pc̄ta ne maiora ꝑpetrātur. Veraciter aūt ſanantur
vicia q̄ v̄tutibꝫ nō viciis excludūtur. Quorūdā aūt q̄dā latē-
cia vicia tūc apparēt quando ab aliis deſinunt

### De male vſis virtutibus   Capitulum· xxxiiii

Interdū ⁊ male vſe v̄tutes ex ſe vicia gignūt. Qd fit p immo-
deratū animi appetitū cui nō ſuffiat qd meruit niſi inde aut lau
des aut lucra damnāda q̄ſierit. Interdū v̄tutes vicia gignūt
dū aliq̄n ꝑ tp̄e oportuno minime relaxant̄. ſic q̄ꝫ fit· ut q̄ loco
cōgruo v̄tutes ſūt· incōgruo vicia deputētur· veluti ſi ꝑ fr̄s
aduētu canonicū nō ſaluat̄ ieiuniū. Virtutū igit̄ diſcrecionē
ab ap̄lo ſume· q̄ ad tēpꝰ egit qd agēdū eē oīno ꝓhibuit. Itē
q̄dā v̄tutes dū diſcrecōēꝫ nō ſuāt· i vicia trāſeūt. Nā ſepe iu-
ſticia dū ſuū modū excedit crudelitatis ſeuiciā gignit ⁊ nimia
pietas diſſolucōnē diſcipline parturit. Et zeli ſtudiū dū plus
eſt q̄m oportꝫ in iracūdie viciū trāſit· ⁊ multa māſuetudo· tor-
poris ſegniciem gignit. Prudentis aūt viri diſcrecio ſollerter
ꝓſpiciat· ne bonū intemperāter agat ⁊ de virtute in viciū trāſ-
eat. Itē apud quoſdā ex v̄tute viciū gignit̄ dū quiſq̄ꝫ de caſti
tatis ⁊ abſtinēcie meritis gloriat̄. Nam et qui elemoſinā vane
glorie cauſa impti̇t̄ ex v̄tute viciū facit. Sed et is q̄ de ſapiēcia
arrogāciā habꝫ· et q̄ ꝓ iuſticia p̄miū appetit· ⁊ q̄ aliqd donum
dei qd meruit i ſuā laudē ꝯūtit· aut i malos vſus aſſumit· pro-
culdubio v̄tutē in viciū trāſfert. Homines de virtutibꝫ vicia
nutriunt ex quibꝫ pereāt. Iterꝫ deus arte potētiſſima ex nr̄o
vicio v̄tutes format quibꝫ nos ab iniq̄tate reformet

### De ſimulatis virtutibꝫ   Capitulū· xxxv·

Quedam vicia ſpecies virtutum preferunt· ideoq̄ꝫ per-
nicioſius ſuos ſectatores decipiūt· q̄a ſe ſubuelamine
virtutū tegūt. Nam vicia que ſtatim virtutibus cō-
traria apparent cito dum palam venerint emendātur. Pro-
pter quod ſequaces eorum de talibus criminibus erubeſcunt

Carnales aūt pleꝝꝗ p inſenſibilitatē mētis nō agnoſcūt vi-
cium eē culpabile. qd dignū videt damnacōe. Item qdā vicia
species virtutū eē videtur ſʒ tn̄ virtutes nō ſūt. Nam interdū
ſub ptextu iuſticie crudelitas agit et putat eē virt9 qd nimiꝝ
eſt viciū. ſicut ⁊ remiſſa ſegnicies māſuetudo eē credit ⁊ qd a-
git torpens negligēcia putat agere indulgēcia pietatis. Non
nūꝗ eciā virtutē largitatis imitat viciū ꝓdige effuſionis. et
virtutē parcitatis triſtis tenacitas imitat. et viciū ptinacie
abſcōdit ſb virtute ɔſtācie. Item timor ſb specie obediēcie oc
cultat. ⁊ dicit virt9 humilitatis. qd tn̄ viciū eſt timoris. Sʒ
et procacitas vocis ꝓ veritatis libertate accipit. et viciū pi-
gricie quietis virtutē imitat. Porro viciū inqetudinis vtutē
ſe vult vocari ſollicitudinis. Et pcipitacōis facilitas feruor
boni ſtudij credit ⁊ bene agēdi tarditas cōſilij mora eē videt
Dum tn̄ iſta ſit virt9 illa viciū. Tali igit exēplo vicia species
virtutū imitātur. et inde ſe nōnulli eē iuſtos ɔfidūt. vnde ma-
xime reprobātur. Aptū exemplū vicioꝝ. De latronis specie ſu
mit. Nā ſic ex inſidijs latro ꝓdit ſeꝗ iter agētibꝫ iungit fin-
gens ſe ſociū donec decipiat improuiſū ⁊ dū ſbito erupit ad ex
icium latro manifeſt9 oſtēdit. ita ſe miſceūt interdū piculoſe
virtutibꝫ vicia quouſꝗ omnē boni opis efficaciā i ſuis vſibꝫ ra
piant. ut aīa q ſibi erat placēs de vtutibꝫ deceptā ſe cōſpiciat
vicijs damnalibꝫ

## De Appetitu virtutū — Cam. xxxvi

Ad virtutes difficile cōſurgim9 ad vicia ſine labore di
labimur. Iſta eīn prona. illa ardua ſūt. Grādes eīn ſu-
dores ꝑpetimur. ut ad celū cōſcēdere valeam9. Quem
admodū ad vtutū tendētes culmen nō a ſummis inchoāt ſʒ a
modicis. ut ſenſim ad alciora ptingāt. ita ⁊ q dilabunt ad vi-
cia nō ſtatim a magnis criminibꝫ incipiūt ſʒ a modicis adſue-
ſcūt ⁊ ſic i maximis ꝓruunt. Sicut paulatim homo a minimis
vicijs in maximis proruit ita a modicis virtutibꝫ gdatim ad
ea q ſūt excelſa cōſcēdit. Qui aūt inordinate vtutes ɔphēdē
nititur. cito periclitatur hec ē cauſa in reꝝ natura ut qcunꝗ
velociter ad ꝑfectū tēdūt ſine dubio celeriter finiant. Sicut
herbe q tāto feſtini9 peūt qnto celeri9 creſcūt. At vero cōtra
arbores alta radice fūdate idō pdurant diuci9. qa gdatim ad
ꝑfectū pueniūt. Nichil ꝓdeſt ad mixto malo agē aliqd bonū.

ſed pus eſt cohibēdū a malo · deinde exercēdū bonū. Hoc em̄ iudicat ꝑpha cū dicat. Quieſcite agere puſe diſcite bene facere Prius vicia extirpāda ſūt in homīe deinde inſerēde ꝟtutes. Nā coherere ⁊ ꝯiungi nō poteſt · veritas cū mēdacio · pudor cū petulācia · fides cū pfidia · caſtitas cū luxuria. Quedā ſūt ſumme ꝟtutes · quedā vero medie. Fides ſpes et caritas ſūme ꝟtutes ſūt. Nam a quib' habētur vtiqꝫ veraciter habētur. Alie vero ꝟtutes medie ſūt · qa ad vtilitatē ⁊ ad pniciem pñt haberi · ſi de hijs arrogāter quiſqꝫ tumuerit · utpote doctrina ieiunium caſtitas · ſciēcia · ſiue tpales diuicie · de quib' ſcilicꝫ ⁊ bn̄ opari poſſum⁹ et male. Quiſquis ex deteriori iā melior eē cepit · caueat ⁊ de acceptis extolli virtutib' · ne grauius p ꝟtutes corruat quā prius ex lapſu vicioꝝ iacebat. Quē de⁹ iuſtificat ne iteꝝ ſe de ꝟtutib' erigat · quedā ille ꝟtutū dona tribuit q̄dā retrahit · ut dum mens de h̄ qꝫ habꝫ erigit̄ iteꝝ de h̄ qđ nequaqꝫ habere cognoſcit̄ humiliet̄. Quiſquis dono celeſtis gr̄e inſpirat⁹ ad ꝟtutes erigit̄ ſi forte moderātis dei manu aliq̄ adūſitate reprimit̄ ne de acceptis ꝟtutib' attollat̄ · frāgi non debet q̄a ⁊ h̄ ipm qđ plagis hūiliat̄ eq̄nimiter ferre ꝓculdubio ꝟtutis ē magne

## De pugna ꝟtutū adūſus vicia Ca^m · xxxvij

Tunc ſe viri ſancti veracius a vicioꝝ colluuione detergūt. Dum ab eis ꝯtra ſingula vicia ꝟtutes ſingule opponunt̄. Interdū vicia cū ꝟtutib' ad vtilitatē cōfligunt · ut ipo certamine uel mens exerceat̄ · uel ab elacōis cōcurſu anim⁹ reſtringat̄. Adūſus impet⁹ vicioꝝ ꝯtrarijs ꝟtutibus eſt pugnādū. Cōtra luxuriā em̄ · cordis eſt adhibēda mundicia · ꝯtra odiū dilectio ꝑparāda · cōtra iracūdiā paciēcia proponēda eſt. Porro ꝯtra timorē · fiducie adhibēda eſt virt⁹ · cōtra torporē zeli pliū. Triſticie qꝫ gaudiū · accidie fortitudo · auaricie largitas · ſupbie humilitas opponēda ē · ſicqꝫ ſingule ꝟtutes naſcēcia ꝯtra ſe vicia repmūt · ac tēptacōnū mot⁹ ꝟtute diuine caritatis extingūt · libidinē abſtinēcia domat. Nā q̄ntū corp⁹ inedia frangit̄ · tāto meli⁹ ab illicito appetitu reuocat̄. Adūſus irā tolerācia dimicat · ira aūt ſemetipaꝫ necat · ſuſtinēdo aūt paciēcia victoriā portat. Triſticie merorem ſpes eterni gaudij ſupat et quē turbata mēs de exteriorib' afficiat dulcedo interioris tranq̄llitatis linit. Adūſus inuidiā ꝑparat̄ caritas

et aduſus ire incēdia māſuetudinis adhibet͛ trāqllitas. Sup-
biā aūt diaboli imitant͛ ſupbi. aduſus q̄ opponit͛ hūilitas criſti
qua humiliant͛ elati. Pn̄cipaliū aūt ſeptē viciox regina et mr̄
ſupbia eſt. eadē q̄ ſeptē pn̄cipalia multa de ſe ꝑturiūt vicia. q̄
ita ſibimet q̄dā cognacione iunguntur ut exaltero alter ori-
atur. Sicut pn̄ceps ſeptē viciox ſupbia nos eox poteſtatibꝫ
ſubdit. ita xp̄s ſeptiformi grā plen9 a dominatu viciox nos e-
ruit. et quos illa addicit ſeptēplici vicio iſte liberat ſeptifor-
mis grē dono

¶ De ſupbia Ca^m. xxxviii

Omni vicio deteriorē eē ſupbiā. ſeu ꝓpter qd̄ a ſūmis pſo-
nis et p̄mis aſſumit͛. ſeu qd̄ de ope iuſticie et v̄tutis ex-
orit͛ minuſq̄ culpa ei9 ſentit͛. luxuria vero carnis ideo
notabilis oīibꝫ eſt. qm̄ ſtatim p ſe turpis eſt. Et tn̄ penſāte
deo ſupbie minor eſt. Sed q̄ detinet͛ ſupbia et nō ſentit. labi-
tur carnis luxuria. ut p hāc humiliat9 ⁊ a cōfuſione ſurgat ⁊
a ſupbia. Omnis peccās ſupbus eſt. eo q̄ faciēdo vicia ↄtēptu
habeat diuina p̄cepta. Recte g͛ iniciū oīs pc̄i ſupbia. q̄a niſi
p̄ceſſerit mādatox dei inobediēcia tn̄ſgreſſionis nō ſequeret͛
culpa. Oīs ſupbia tāto in imo iacet q̄nto in alto ſe erigit tan-
toq̄ ꝓfūdius labit͛. q̄nto excelſi9 eleuat͛. q̄ eīn p ꝓpriā attolli-
tur ſupbiā p dei iuſticiā inclinat͛. Qui inflātur ſupbia. vēto pa-
ſcuntur. Vn̄ et ꝓpha oīes inq̄t paſtores tuos paſcet vent9. h̄
eſt ſupbꝫ ſpirit9 Qui de ſuis v̄tutibꝫ ſupbiunt ex ipis iudicādi
ſūt opibꝫ quibꝫ pro v̄tutibꝫ vtunt͛. q̄a rem bonā nō bona vo-
lūtate faciūt. Nā reuera ſine humilitate v̄tus quelibꝫ ⁊ ſine v̄-
tute caritatis in vicio deputat͛. Merito ſupbie diabol9 a ſup-
na btitudine corruit. Qui g͛ de v̄tutibꝫ attollūtur diabolū i-
mitant͛. et ex inde g̃uius corruūt q̄a de excelſo labunt͛. Supbia
ſicut origo eſt oīm criminū ita ruina cūctax v̄tutū. Ipa ē eīn
in pc̄o p̄ma. ipa ī ↄflictu poſtrema. Hec eīn p̄ma aut ī exordio
mētem per pc̄m ꝓſternit. aut nouiſſime de v̄tutibꝫ eiat. Jn̄
et omniū pc̄ox ē maxima. q̄a tā per v̄tutes quā per vicia hu-
manam mentē extermiat. Ibi cadit ſupbia vbi et naſcit͛ ut
nō ſit ſuperbis aliud culpa aliud pena. ſꝫ ipa culpa ſit illis ⁊ pe-
na. De ſupbia naſcit͛ arrogācia non de arrogācia naſcit͛ ſupbia
Nam niſi p̄ceſſerit occulta elacio mētis. nō ſeq̄tur apta iactā-
cia laudis. Ita g͛ i culpa ꝓponit͛ ſupbia arrogācie ſicut p̄fertur

origine. Plerūq; ad elacionis emēdacionē ꝓuidēcia dei aliquo casu nonnulli cadūt ꝑ quo lapſu rephenſi a ſemetipſis humiliter ſapiant. et de muneribꝫ dei laudari nō appetant. ſꝫ laudēt deū a q̊ acceperūt vñ laudari ſe uolūt. Vtili9 eſt arrogāti in quocūq; vicio labi ⁊ humilē poſt caſū deo fieri q̄m p elacionem ſupbire. grauiorēq; ruinā ⁊ damnacionē p ſupbiā ſumere.

## ¶De fornicacione ¶Caᵐ. xxxix.

Hec culpa ſupbie plerūq; in abhominādā carnis immūdiciā itur. Illā alterū pēdet ex altero ſꝫ ſicut p ſupbiā mētis itur ī ꝓſtitucōez libidinis. ita p hūilitatē mentis ſalua fit caſtitas carnis. Deus aūt nō nūq; deicit occultā mētis ſupbiā p carnis manifeſtā ruinā. libidinis naſci immūdiciā de animi occulta ſuperbia. exemplo primi hominis qui mox ut p ſupbiā ꝯtra deū tumuit ſtatim carnis libidinē ſenſit pudēda operuit. Qua ꝓpter vnuſquiſq; ſue deputꝫ culpe qđ cecidit q̊a iens libidine vincat' qa niſi pceſſiſſꝫ latēs ſupbia non ſeqretur libidinis manifeſta ruina. Nō nūq; gemino vicio xpian9 a diabolo appetit' ⁊ occulto p elacōez ⁊ publico p libidinē. Sed dū euitat qs libidinē cadit ī elacōnē. Itē dū incaute declinat elacōnē cadit ī libidinē ſicq; ex occulto vicio elacōis itur in apto libidinis. ⁊ de apto libidinis itur in occulto elacōis. Sed dei fu9 diſcrete utrūq; pēſans ſic cauet libidinē ut nō incurrat elacionē ſic pmit elacionē ut nō reſoluat animū ad libidinē. luxurioſis atq; ſupbis demones plus fautores exiſtūt. Dū q; in ceteris vicijs ſpūs maligni deſeuiūt hijs tñ maiori familiaritate iūgunt' eiſq; ampli9 iuxta deſideriū famulant'. Pncipaliter hijs duobꝫ vicijs diabol9 hūano generi dñatur. ideſt per ſupbiā mētis ⁊ luxuriā carnis. Vñ ⁊ dñs in Iob loquit' de diabolo dicens. Sub vmbra dormit in ſecreto talami in locis humentibus. Per calamum eñi inanis ſuperbia. per loca vero humencia carnis demōſtratur luxuria. Per hec eñi duo vicia diabolus humanum poſſidet genus. vel dum mētem in ſuperbiam erigit uel dum per luxuriam carnem corrumpit. Multi luxurie ſubditi ſunt et ꝯtumace ſupbia de ipo luxurie opere gloriantur. et inde magis elati ſunt vnde humiliari debuerunt. Ad cōparacionem mali fit deteri9. qñ nō ſolū flagicia cōmittunt' ſꝫ eciā de ipis flagicijs vanitate laudis pditi extollunt'.

Sicut ſcriptū eſt laudat᷑ peccator in deſiderijs anime ſue. Quid
eīn peius q̄m in flagicijs miſeros gaudere de quibꝫ iā debēt copi
oſius deplorare· libido tūc magis q̄rit᷑ dū videt᷑. Nam ſic q̄dam
ſapiēs ait. Prima fornicacionis oculoꝝ tela ſūt. Secūda verboꝝ
Sed q̄ nō capit᷑ oculis poteſt verbis reſiſtere. Sufficiat natu‑
ra vbi adhuc liber affect9 ē q̄ delectacionē refrenat libidino‑
ſe ſuggeſtionis Nō trāſit ad cōſenſū libidinis· cito eīn reſiſtit
opi· q̄ titillāti nō accommodat delectacionē. Duri9 impugna
tur q̄ uſq3 ad ɔ̄ſenſionē et ſi nō uſq3 ad ꝑpetracōes tēptat᷑· q̄m
is q̄ ſola ſuggeſtione ꝑ ɔ̄dicōe carnis temptamētis ſollicita‑
tur. Stimuli carnis q̄ i paulo excitāte ſatane angelo inerant
ex lege pc̄ti erāt. q̄ in mēbris hominū de neceſſitate libidinis
habitant· quā reluctātē dū in ſe expugnat pficiat· et de infirmi
tate libidinoſe titillacōis v̄tutē ſuſcipit glorioſi certaminis.
Seruo dei multa certamina de ſua carne mouent᷑. Nam q̄muis
in amore dei eoꝝ ſit in cōcuſſa intēcio· mens tn̄ i carne q̄m ex‑
terius geſtat interna ꝑlia tolerat. De9 aūt q̄ hec ad ꝓbacōez
ꝑmittit grā ꝓtegēte· ſuos nō deſerit. Ideo nōnūq3 electi la‑
pſu carnali corruūt ut a vicio ſupbie q̄ de v̄tutibꝫ tumēt ſanē
tur. Et q̄ de v̄tutū effectibꝫ exiſtūt ſupbi ut cadāt carnis vi
cio humiliātur ut ſurgāt. Anteq̄m pficiat᷑ adulteriū in ope iā
adulteriū extat in cogitacione. Ex corde eīn ꝑmū fornicacōes
ſūt auferēde· et nō ꝓrūpūt poſtea in ope. Hinc ē qd̄ ꝑ ꝓphetā
dicit᷑. Accingite lumbos v̄os ſup vbera v̄ra hoc ē in corde li
bidines reſecate q̄ ad lumbos ptinēt. Nam cor ſub vberibꝫ eſt
non in lumbis· libidinis immoderata licēcia neſcit habere mo
dum. Nam dum ſe vicioſus anim9 inexplenda fornicacōe· car‑
nem luxuriantē laxauerit· nichilomin9 ad alia nefāda ſcelera
ſuadentibꝫ demonibꝫ trāſit· dumq3 immoderate metas pudoris
exceſſerit crimē criminibꝫ adiciat paulatimq3 ad deteriora ꝓce
dit Non ita ſuauis ē amaciū immo amēciū incerta carnis libi‑
do· ſicut expta nec ita delectat fornicacio dum ꝑmū cōmittit᷑·
nam repetita maiorē delectacōez ingerit. Iam vero ſi in uſū ve
nerit tanto perditis dulcior fit· ut ſuperare difficile ſit. Vn̄
et ſepe ex ɔ̄ſuetudine delinquēdi· q̄i captim ad peccādū cū q̄dā
violēcia trahimur. Senſuſq3 n̄ros ɔtra rectā volūtatē in nobis
rebellaē ſentim9. Si pl9 oblectat mentē delectacō fornicacōis

q̄m amor caſtitatis ad huc in homine peccatum regnat. Cer-
te ſi amplius delectat pulchritudo intime caſtitatis iam nō re-
gnat peccatū. ſȝ regnat iuſticia. Nam non ſolum de cōmiſſa for-
nicacione peccatū regnat in homine. ſȝ ſi adhuc delectat᷑. atqȝ
animū teneat proculdubio regnat. fornicacio carnis adulte-
rium eſt. fornicacio anime ſeruitus ydolorū eſt. Eſt aūt et ſpi-
ritalis fornicacio ſcd̄m qd̄ dominus ait. Qui viderit mulierem
ad ↄcupiſcēdum eam. iam mechatus eſt eam in corde ſuo. Omnis
immunda pollucio fornicacio dicit᷑. quāuis quiſqȝ diuerſa tur-
pitudinis voluptate proſtituatur. Ex delectacione enī forni
candi varia gignunt᷑ flagicia quibȝ regnū dei claudit᷑ ⁊ homo
a deo ſeparatur. Inter cetera ſeptē vicia fornicacio maximi ē
ſceleris. q̄a p carnis immūdiciā tēplū dei violat ⁊ tollēs mēbra
xpi facit mēbra meretricis. Maxime p carnis luxuriā humanū
genus ſubdit᷑ diabolo. q̄m p cetera vicia. Cū enī ille variis tem-
ptamētis illectos homines conet᷑ pūtere magis tn̄ mechandi
deſideriū ſuggerit. q̄a vtrūqȝ ſexū in h' vicio amplius egrotare
intēdit. Demones ſciētes pulchritudinē eē aīe caſtitatē. ⁊ p
hāc hoīeȝ angelicis meritis exq̄bȝ illi lapſi ſūt coeq̄ri. liuori p
cuſſi inuidie miciūt p ſēſus corporis opus deſideriūqȝ libidīs. q̄tenus
a celeſtibȝ deorſū delectā aīaȝ ptrahāt ſecūqȝ q̄s vicerint gloriā-
tes ad tartara ducāt. Cū impulſu demonū mēs ad delectacio-
nem fornicacionis impellitur diuini iudicii metus ⁊ eterni tor
menta incendii ante oculos ↄponātur. q̄a nimirū omnis pena
grauioris ſupplicii formidīe ſupat᷑. Sicut enī clauus clauū expel-
lit. ita ſepe recordacio ardoris gehēne ardorē remouet luxurie
Quidā in iuuētute luxurioſe viuētes in ſenectute ↄtinētes fi-
eri delectātur ⁊ tūc elegūt ſuire caſtitati qn̄ eos libido ſuos
habere ↄtēpſit. Nequaqȝ in ſenectute ↄtinētes vocādi ſūt q̄ in
iuuētute luxurioſe vixerūt. Tales nō hn̄t p̄miū q̄a laboris nō
habuerunt certamen. Eos enī expectat gloria in quibus fue-
rint laborioſa certamina.

## ¶ De continencia  Cam. xl.

A deo datur ↄtinēcia. ſȝ petite ⁊ accipietis. Tūc aūt tribuit᷑ q̄n d's gemitu intīo pulſat᷑. Prelatā eē v̄ginitatē nupciis. Illud enī bonū h' optimū. Cōiugiū ↄceſſū eſt v̄ginitas admo-
nita tm̄ non iuſſa. Sed ideo tm̄ admonita quia nimis excelſa.

Geminũ eſt bonũ v̄ginitatis · qa ꝛ ĩ h̄ mũdo ſollicitudinē ſecu
li amittit et in futuro eternũ caſtitatis p̄miũ percipit. Virgi‐
nes feliciores ſũt in vita eterna. Yſaia teſtāte. Hec dicit dn̄s
eunuchis. Dabo eis in domo mea ꝛ in muris meis locũ · et no‐
men melius a filiis ꝛ filiabꝰ nomē ſempiternũ dabo eis qđ non
peribit. Nec dubiũ ꝙ q̄ caſti pſeuerāt et v̄gines angelis dei ef‐
ficiunt̄ eq̄les. Amāda eſt pulchritudo caſtitatis cuiꝰ deguſta
ta delectacio dulcior inuenit̄ ꝙ carnis. Caſtitas eñ fructꝰ ſu‐
auitatis. Pulchritudo inuiolata ſanctoꝝ. Caſtitas ſecuritas
mentis ſanitas corporis. Unde ꝛ aliquos gentilium gimnicoſ
ꝑpetuam veneris abſtinēciā exercuiſſe ne v̄tutē libidine fran‐
gerent · luxurioſa nāꝙ vita carnem cito debilitat · fractam ꝙ
ſceleriter ducit ad ſenectutē Omne peccatũ ꝑpenitēciā recipit
vulneris ſanitatē · virginitas aũt ſi labit̄ nullatenꝰ repatur.
Nam quāuis penitendo venie fructũ pcipiat incorrupcionem
tñ nullatenꝰ recipit priſtinā. Virgo carne nō mente nullũ
p̄miũ habꝫ in repromiſſione. Dn̄ ꝛ inſipiētibꝰ v̄ginibꝰ ſaluator
in iudicio veniēs dicit. Amē dico vobis neſcio vos vbi eñ in‐
dicās mētem corruptā inuenẽit · carnis proculdubio incorru‐
pcionē dānabit. Nichil ꝓdeſt incorrupcio carnis vbi non ē
integritas mentis nichil ꝙ valet mũdũ eē corpore eũ q̄ pollu‐
tus eſt mēte. Multi ſũt reproboꝝ q̄ carnalis corruptele cōta‐
gium neſciũt q̄ ſicut infecũdi ſũt corpore · ita ſteriles manēt
et mēte opis boni fecũditate. Qui recte de v̄ginitate gaude‐
rent · ſi aliis p̄uis operibꝰ nō inſuirēt. Qui ꝯtinēciā ꝓfitet̄ et
ab aliis terrenis deſideriis nō ſubtrahit̄ q̄muis huc luxuria car
nis non polluat · diūſa tñ mũdane ꝯuſacionis opacio maculat
Virgines de ſuis meritis gloriātes ypocritiſ cōpant̄. q̄ gloriam
boni opis foris appetunt q̄m intra ꝯſciēciā humiles habere de‐
buerũt. Tales igit̄ ad ꝓmiſſa celeſtia nō pueniũt quia ipi ſibi
v̄ginitatis p̄miũ p elacionis viciũ aufferũt. Hoc eſt eñ in eu‐
angelio nō hr̄e v̄gines in vaſis oleũ ideſt nō huare intra ꝯſciē
ciam boni opis teſtimoniũ · ſed in facie gloriari apud homines
non in corde apud deũ. Ruina adulterii excipit̄ de ꝯtēptu ma‐
trimonii. Meliuſꝙ eſt vxorē ducē q̄m p libidinis ardorē perire
Quidam ꝯiugale decꝰ nō ꝓ gignēdis filiis delectātur · ſꝫ hoc
pro turbulēta carnis et libidinoſa ꝯſuetudine appetunt · ſic ꝙ

bono male vtūtur. Vicia p ſe mala ſūt. Cōiugia vero et pote-
ſtates p ſe qdem bona ſūt p ea vero q̄ circa ea ſūt mala exiſtūt.
Cōiugia eīn p id mala ſūt p qꝫ dicit apoſtolꝰ. Qui aūt cū vxo-
re eſt cogitat q̄ ſūt mūdi. Et ꝓpter fornicacionē vnuſquiſqꝫ
ſuā vxorē habet. Hic ꝛ poteſtates p elacionē. p oppreſſionē. p
iuſticie qꝫ ꝑuaricacionē male exiſtūt. Nocēt eīn nupcie nocēt
et poteſtates ſꝫ p id qđ eis iuxta ponit̄ nō p ſe ſꝫ exemplo itine
ris recti iuxta qđ ſpine naſcūtur que ſurgētes e latere nocent
eis q̄ recto itinere gradiuntur ❡ De cupiditate

Non poſſe quēpiā ſpiritalia bella ❡ Caᵐ. xli.
ſuſcipere. niſi ꝑus carnis edomuerit cupiditates. Non
poteſt ad cōtēplandū deū mens eē libera q̄ deſiderijs
huiꝰ mūdi et cupiditatibꝫ inhiat. Neqꝫ eīn alta ↄſpicē poterit
oculꝰ. quē puluis claudit. Omni pctō peior ē auaricia ꝛ amor
pecuniaꝝ. Vn̄ ꝛ p ſalomonē dr̄. Nichil ē ſceleſtius. q̄m amare
pecuniā. hic eīn aīaꝫ ſuā venalē facit. qīn in vita ſua ꝓiecit in-
tima ſua. Cupiditas oīm crimīnū materia ē. Vnde apl's ait. Ra
dix oīm maloꝝ cupiditas ē. q̄m q̄dā appetētes errauerūt a fi-
de. Vbi g̊ ſuccidit̄ radix crimīnū. nō pullulāt cetē ſoboles pec
catoꝝ. Multi cauſa cupiditatis terrene. eciā ipaꝫ fidē abne-
gauerūt. Cupiditas eīn xp̄m vēdidit. Nā ꝛ pleriſqꝫ tm̄ in rebꝰ
alienis ē deſideriū ut eciā homicidiū ꝑpetrare nō vereant̄. ſicut
achab q̄ appetitu cupiditatis ſue ſanguis expleuit effuſionē.
Sepe iniq mala q̄ ↄcupiſcūt aſſequūtur. qtenꝰ de affectu mali
deſiderij forciꝰ puniātur. Electos aūt ſuos deꝰ non dimittit
ire in deſiderioꝝ maloꝝ ꝑfectionē ſed in dolorē mētē ↄuertit
eoꝝ ꝓ eo qꝫ in ſeculo neqter appetūt. Vt hac expgēcia reſipi-
ſcāt reuertētes ad dn̄m. qđ hijs mēte ceſſerūt. Deū g̊ ſibi ꝓpi-
cium aduerſari. q̄ qđ temporaliter ↄcupiſcit nō ꝑmittit adim
plere. Decreto aūt dei iudicio fieri. ut durius pereant hi q̄
cupiditatē effectꝰ ſtatim ſeqtur accionis. Nūqꝫ ſaciari nouit
cupiditas ſꝑ eīn auarꝰ eget q̄nto magis acqrit tāto amplius
querit. Nec ſolū deſiderio augēdi excruciat̄ ſꝫ ꝛ amittēdi metu
afficitur. Inopes naſcimur in hac vita. inopes receſſuri a vi-
ta. Si bona mūdi huius paritura credimus. cur pitura tāto
amore cupimꝰ. Pleriqꝫ potētes tāta cupiditatis rabie inflā-
mant̄ ut de ↄfinijs ſuis paupes excludāt. nec hītare ꝑmittāt

Quibꝰ recte per ꝓphetam dicitur. Ve qui cõiungitis domum ad domum et agꝝ ad agrum copulatis uſqꝫ ad terminum loci Nũqͥt ſoli vos habitabitis in medio terre. Tales quippe homi-nes infernum id eſt diabolũ rape ad pdicionẽ. Jdẽ ꝓpha ꝯſequẽter aunũciat dicẽs. Propterea dilatauit infernꝰ animã ſuam ⁊ aperuit os ſuũ abſqꝫ ullo termino. et deſcẽdẽt fortes eiꝰ ⁊ ſbli-mes glorioſiqꝫ eiꝰ ad eũ nec muꝝ qꝫ moriẽtes inferni ignibus deputẽtur. q̃ viuẽtis flãmam cupiditatis ſue minime extinxe runt. Qui deſiderio cupiditatis exeſtuant flatu diabolice in-ſpiracõis vrunť. Accẽdit eñ mẽtẽ eue ſupbia. ut de ligno ve tito maducaret. Accẽdit cayn mentem inuidia. ut frẽm occi deret. Accẽdit ſalomonẽ luxurie facibꝰ. ut p amorẽ libidinis ydola adoraret. Accẽdiť achab a cupiditatẽ. ut homicidiũ aua ricie adnecteret. hĩs g͂ inſpiracõibꝰ diabolꝰ corda hoim occul tis depuat cupiditatibꝰ ¶ De gula ¶ Caᵐ. xlij.

Prima ꝯcupiſcẽcie ſuggeſtio panis eſt cui ſi minime ce-diť. diũſa edacitatis deſideria ꝯpmũtur. Vñ ⁊ daniel panẽ inqͥt deſiderij nõ comedi. hoc eſt. eius ꝯcupiſcẽciam nõ impleui. Prima luxurie materia ſaturitas panis fuit vñ ⁊ ꝓpha. Sodomam de panis ſacietate accuſat dicẽs. hec fu it iniqͥtas ſodomoꝝ ſupbia ſaturitas panis ⁊ abundãcia. Panẽ quippe ſodomite immoderate ſumẽtes inturpitudines defluxẽ flagicioꝝ atqꝫ inde meruerũt comitãte ſupbia ſceleſtibꝰ aduri incendijs ex q̃ modũ nõ tenuerũt edacitatis. Vtile eſt cauere gulam ciboꝝqꝫ ꝯcupiſcẽciã. Quid eñ tam noxiũ q̃m ut animꝰ ſuiat vẽtri et eſce. q̃ ſũt deſtruẽda teſtãte apľo ac dicẽte. Deꝰ aũt ⁊ hũc ⁊ hãc deſtruet. Proxima eſt ventri libido ſicut loco ſic vicio Vbi eñ vẽtris cura ibi ⁊ coꝝ q̃ circa vẽtrẽ ſũt ꝓxima In ordine nãqꝫ mẽbroꝝ genitalia ventri iungũtur. Dũqꝫ vnũ ex hĩs immoderate reficiť aliud ad luxuriã excitať. Nõ ad lu xuriã uel ſacietatẽ. Sed tãtũmodo ut corpꝰ ſuſtẽteť epulis ẽ vtendũ. Nam ut philoſophi diſſerũt. Cibos iuẽtos eẽ ut ꝯ-tineãt animã nõ ut corrumpãt. Qui nimiũ cibis vtunť quãto magis vẽtrẽ paſcũt. tanto amplius ſenſũ mẽtis obtundunt. Nam greci dixerũt excraſſo ventre ſubtilem ſenſũ gigni non poſſe. Nam gule ſaturitas nimia aciẽ mentis obtundit. inge-niumqꝫ hebeſcere facit libidinis ignes ciboꝝ fomite increſcũt

Corp⁹ aūt qd abſtinēcia frāgit tēptacio nō exurit. Vn̄ ⁊ tres pueros abſtinētes flāma babilonn̄ incēdit ⁊ ſi tetigit nō cōbuſſit qa nimiꝝ ⁊ ſi deſiderioꝝ carnaliū ignis abſtinēcā mētis inflāmet. vſqꝫ ad ꝯſenſū tn̄ ꝯcupiſcēcie uel opis nō exurit. Cui abundācia ē epulaꝝ ardētis diuitis incēdit ſupplicīū. cui⁹ tāta in inferno inter ignes erat inopia quāta hic epulaꝝ fuerat copia. In hoc em̄ ſeculo eſurire ⁊ ſitire noluit. ꝓpterea illic inter flāmas ſicientes. ſtillā aque qſiuit nec meruit. Cōſiderādū qm vehemēter arguātur cōmeſſacio ⁊ ſūptuoſa ꝯuiuia p ꝓphetā ita ut cōminet̄ dn̄s ſe nō hāc relaxare iniqtatē hīs q eā libenter ambiūt. Dicit em̄ p yſaiam ꝓphā. Ecce gaudiū ⁊ leticia occidē vitulos ⁊ iugulare arietes comedē carnes ⁊ bibere vinū. Si dimittet̄ iniqtas hec vob̄ donec moriamini. Sicut oīmes carnales cupiditates abſtinēcia reſecant̄ ita oēs aīe ꝟtutes edacitatis vicio deſtruunt̄. Inde ē qꝫ ⁊ pˀnceps cocoꝝ muros iheruſalē ſbūtit qa ⁊ vēter cui ſuiūt acocis ꝟtutes aīe deſtruit. Neqꝫ em̄ poſſe quēpiā ꝟtutū pfectionē attingē niſi pˀus vētris edomueit ingluuiē. Neō poteſt ꝯnari ceteris vicīs n̄ pˀus ingluuiem vētris reſtrixeit. Nec quiſqꝫ facile poteit a ſemetipo ſp̄s imnūdos expellē n̄ p abſtinēciā gule. Tūc em̄ hoſtes q ext̄ nos ſūt a nob̄ forci⁹ ſupant̄. qn̄ pˀus q int̄ nos ſūt vicia extinguint̄. Nā fruſtra foris agit bellū. q int⁹ habꝫ piculū. Nō qlitatē ciboꝝ ſꝫ eoꝝ cupiditatē cauēdā. Nā ſepe accuraci⁹ ꝑarata ſine gule ꝯcupiſcēcia deguſtant̄. ⁊ ſepe abiecta ⁊ vilia edēdi cupiditate ſumunt̄. Hicqꝫ fit ut nō ſit culpa ciboꝝ qlitas. ſꝫ illud reputet̄ in viciū qd cū deſiderio deguſtat̄. Quatuor ſūt gn̄a diſtictionū ī gule appetitu id ē qd qn̄ qntū ⁊ quō appetit̄. Quid ad rem ipaꝫ ptinꝫ q appetit̄. Qn̄ ſi an̄ legittimū tēp⁹ qd appetat̄. Qn̄tū ad immoderacōeꝫ refert̄. Quō ad impaciēciā feſtinacōis aſſcribit̄. Null⁹ homi tā importun⁹ exactor qm vēter. q quottidianā refectōeꝫ quotidiana famis exactōe ad implet. Cū ceteris em̄ diuicīs. ⁊ ſi interdū naſcim̄ interdū tn̄ cū eis nō morim̄. Cū iſto aūt ⁊ naſcimur cū iſto ⁊ morimur. plerūqꝫ voluptas veſcēdi ita ſb̄ obtentu neceſſitatis ſubrepit. ut dū putat̄ ſeruire neceſſitati voluptatis deſiderio ſuiatur. Nec facile diſcernitur vtrū qd acapit̄. gule an indigēcie deputetur.

De ebrietate Caᵐ. xliiii.

ESce crapulā· potus ebrietatē generāt. Ebrietas aūt
p turbacōez gignit mentis· furorē cordis· flammā li·
bidinis. Ebrietas ita mentē alienat· ut vbi ſit neſciat
Vn̄ eciā ⁊ malū nō ſentit̄ qđ p ebrietatē cōmittit̄. Ver̄ eſt qđ
iuxta ꝓphetā fornicacio et ebrietas aufert cor · fornicacio eīn̄
ſicut ait ſalomon infatuat ſapientē. Ebrietas ſic̄ i loth ſenſus
racionē captiuat. Vn̄ ⁊ in prouerbiis. Potētes inqt q̄ iracundi
ſunt vinū non bibāt· ne cū biberint obliuiſcant̄ ſapiēciā. Ple·
riſq; laus eſt multū bibere et non inebriari. Audiāt hii adu·
ſum ſe dicētē ꝓpham. Ve q̄ potentes eſtis ad bibēdū vinū ⁊ vi·
ri fortes ad miſcēdam ebrietatē. Vino multo deditos ⁊ luxuri
oſe viuentes. Yſaias ſic arguit dicēs. Ve q̄ ꝯſurgitis mane ad
ebrietatē ſectandā et potādum uſq; ad veſper̄ ut vino eſtue·
tis. De talibȝ et alio loco dicit̄· Ve tibi ciuitas cuiꝰ rex iuue·
nis eſt· et cuiꝰ pn̄cipes mane comedūt. Multi eīn̄ a mane uſq;
ad ſolis occubitū ebrietati ⁊ gule voluptatibȝ ſeruiunt nec in·
telligunt cur nati ſūt· ſed ꝯſuetudine belluina detenti luxurie
tm̄ tota die epuliſq; inſeruiūt. Clamat iohel ꝓpheta hiis q̄ ebri·
etati deſeruiūt dicēs. Expgiſcimini ebrii ⁊ flete ⁊ vlulate oēs
q̄ bibitis vinū in dulcedine. Quo teſtimonio non ait tm̄ flete
om̄es q̄ bibitis vinū ut bibere omnino non liceat· ſȝ adiecit in
dulcedine qđ ad voluptuoſā ptinet et ꝓdigam effuſionē. Nā
quātū ſatis eſt neceſſitate edocet timotheū bibere apl̄us di·
cens. Vino modico vtere. Nō ſolū ex vino inebriant̄ homines
ſed eciā ex ceteris potādi generibȝ q̄ vario mō ꝯficiunt̄. Vn̄
et nazereis q̄ ſe ſāctificabāt dn̄o· pceptū eſt vinū ⁊ ſicerā nō
bibere vtraq; eīn̄ ſtatum mētis euertūt et ebrios faciūt luxu·
riam q̄ȝ carnis utraq; eq̄liter gignūt. Quidā cōtinētes ſicut
panē cū ponde edūt· ita et aquā cū mēſura ſumūt· aſſerentes
ad caſtimoniā carnis eciā aque abſtinēciā conuenire

¶ De abſtinēcia ¶ Cam̄· xliiii·

HOc eſt pfectum et racionabile ieiuniū· qn̄ noſter hō ex·
terior ieiunat ⁊ interior orat· faciliꝰ p ieiuniū oīo pe·
netrat celū. Tūc eīn̄ homo ſpiritalis effectꝰ angelis
coniungit̄· deoq; liberiꝰ copulat̄. Per ieiuniū eciā occulta mi·
ſterior̄ celeſtiū reuelātur diuiniq; ſacramēti archana pādū·
tur. Sic namq; daniel angelo reuelāte miſterior̄ ſacramenta

cognoſcē meruit Hec enī virtꝰ ⁊ angeloꝝ manifeſtacōēs oſtē
dit. Ieiunia foꝛcia tela ſūt adūſus tēptamēta demonioꝝ. Cito
enī ꝑ abſtinēciam deuincūtur. Vnde eciā dn̄s ⁊ ſaluatoꝛ noſter
eoꝝ incurſus ieiunijs ⁊ oꝛonibꝫ ꝑmouet ſupare dicēs. Hoc ge
nus non eicitur. niſi ꝑ oꝛonē ⁊ ieiuniū. Inmundi enī ſpūs ſeſe
magis vimaūt vbi plus viderint eſcā ⁊ potū. Sācti qm̄ diu hu
ius ſeculi vitā inhabitāt deſiderio ſupni roꝛis corpꝰ ſuū aridū
poꝛtāt. Vn̄ et pſalmus. Sitiuit inquit inte anima mea quam
multipliciter ꝛ caro mea. Caro enī tūc deū ſitit. qn̄ ꝑ ieiuniū
abſtinet ꝛ areſcit. Abſtinēcia ⁊ viuificat et occidit viuificat
animā corpꝰ necat. Sepe abſtinēcia ſimulate agit̄. Ieiunia q̄
per ypocriſim exercēt̄. Quidā enī mira inedia corpꝰ ſuū lauiāt
extermināt̄es. ſicut ait euāgeliū facies ſuas ut appareāt homi-
bus ieiunātes. Pre nāq̄ palleſcūt corpe atterunt̄. coꝛdis alta
ſuſpiria ducūt. Añ moꝛtē q̄ꝫ moꝛtiferis ſe ſupplicijs tdūt. tm̄
q̄ qd̄ miſeri laboꝛis exēciciū nō ꝓ dei amoꝛe ſꝫ ꝓ ſola hūana lau
dis āmiracōe ſectant̄. Quidā incredibilit̄ abſtinēt ut homibꝫ
curioſis ſācti appareāt. ſed hꝫ bonū abſtinēcie talibꝫ nō ē virtꝰ
reputāda ſed viciū. q̄a bono male vtūtur. Ieiuniū ꝛ elemoſi-
nam in abſcōdito eē. vel ſeſe amant ut ſolus deus qui inſpicit
omnia. meritum opeꝝ bonoꝝ repēdat. Nam qui ea ſub popu-
lari manifeſtacione faciunt nequaq̄ a deo iuſtificantur. quia
iuxta ſermonem euangelicū mercedem ſuā ab hominibus reci
piunt. Ieiunia cū bonis operibus deo acceptabilia ſunt. Qui
aūt cibis abſtinent et praue agunt. demones imitantur qui-
bus eſca non eſt et nequicia ſemper eſt. Ille enim bene abſti-
net cibis qui et a malicie actibus et a mundi ieiunat ambicio
nibus. Qui execracionis ſtudio non abſtinencie voto ab eſcis
carnis ſe ſuſpendunt hij pocius execrandi ſunt. quia dei cre
aturam vſibus humanis conceſſam reiciunt. Nichil enim fide
libus inquinatum. nichilq̄ eſſe iudicatur inmundum. paulo
atteſtante apl̄o. Omnia munda mundis. coinquinatis autē et
infidelibus nichil mundi. ſed polluta ſunt eorum et mens et
conſciencia. Spernitur ieiunium quod in veſperum replecī-
one ciboꝝ reficitur. Neque enim reputanda eſt abſtinencia
vbi fuerit ventris ſaturitas ſubſecuta. Spernitur ieiunium
q̄ in veſperum delicijs conpenſatur dicente yſaia propheta.

Ecce in die ieiunii vri inuenit voluptas vra. Voluptas enim deliciae intelligunt. Sicut enim repeticio debiti et litis ɔtencio. et pcussio. ita et deliciae improbantur a ꝓpheta i ieiunio. Tota enim die epulas in cogitacōe ruminat. q̄ ad explēdā gulā veſpe ſibi delicias ꝑparat. Nō eſt corpori adhibēda immoderata abſtinencia. ne dū ampli⁹ grauat caro pondere medie malū agat poſtea nec bn̄ facere incipiat et q̄ addicit. ut vſu mali careat ſimul ꝛ boni officiū dū plus p̄mit pdat. Sollicita igit̄ diſcrecōe carnis ē moderāda materies ſcꝫ ne aut integre extinguat̄ aut immoderate laxet̄ infirmitate carnis nimia pualēte ad pfectionē ptingere nemo poteſt. Nam q̄muis ſanctitatis amorē q̄ſꝗ habeat. exequi tn̄ non valet opis meritū q̄ intēcōe cordꝭ deſuire conat̄. Corporis debilitas nimia eciā vires aīe frāgit. mētis qꝫ ingeniū facit marceſcere nec valet quicꝗ p inbecillitatē pficēre dum q̄d nimis. Nam quicq̄t cū mō ꝛ tēperamēto fit ſalutare eſt. quitq̄d aūt nimis ꝛ vltra modū eſt pnicioſū fit. ſtudiūꝗ ſuū in ɔtrariū vertit. In omni g̊ ope modū ꝛ temperamentū oportet hr̄e. Nam oīe q̄ excedit piculoſū eſt. Sicut aque ſi in ſe nimios ymbres pbeāt. nō ſolū nullū vſū adhibēt ſꝫ eciam periculū exhibēt. ¶ Explicit liber ſcd̄us.

In xp̄i noīe incipit liber tercius. De flagellis dei ¶ Ca^m primū

Diuine ſapiencie ſubtilitas ſicut interi⁹ ut teſtis ſcrutat̄ ɔſciēcias ita exteri⁹ ut iudex irrogat penas. Vt vex ſit teſtimoniū ꝓphe q̄a ipe eſt et teſtis et iudex. Miſerere dn̄e miſero yſidoro indigna agēti ꝛ digna paciēti. aſſidue peccanti et tua flagella quotidie ſuſtinēti. Ordinata eſt miſeracio dei q̄ pri⁹ hic hoīem p flagella a pc̄tis emēdat. et poſtea ab eterno ſupplicio liberat. Electi⁹ enim dei doloribꝫ vite hui⁹ atterit̄ ut pfectionē vite future lucret̄. Neq̄ q̄ de⁹ delinquēti parcit. q̄m pc̄torē aut flagello tpali ad purgacionē ferit aut iudicio eterno puniēdū relinq̄t. aut ipe i ſe homo penitēdo punit q̄d male admiſit. Ac ꝓinde ē q̄d de⁹ delinq̄nti nō parcit. Juſte tpalia flagella ad eterna ꝓficiūt gaudia ideoꝗ et iuſt⁹ in penis gaudē debꝫ et impius in proſperitatibus timere debꝫ. Neq̄ iuſto neq̄ reprobo de⁹ miſericordiā et iuſticiā abſtrahit. Nā bonos hic p afflictionem iudicat ꝛ illic

remunerat p miseracionē ꝛ malos hic remunerat p tpalem cle
menciā · ꝛ illic punit p eternā iusticiā. In hac eni vita de⁹ par
cit impijs ꝛ tn̄ nō parcit electis. In illa vita parcit electis · nō
tn̄ parcit impijs. Periculosa ē ſecuritas in hac vita maloꝝ et
bonoꝝ dolor tranqllus. Nā iniquus poſt mortē ducit̄ crucian
dus · iuſt⁹ vero · dormit poſt laborē ſecurus. Nō tm̄ de corpora
lib⁹ paſſionib⁹ · ſ; eciā de ſpiritalib⁹ oportz intelligi · ut quāto
quiſq; aut ī corpore aut ī mēte flagella ſuſtinet · tāto ſe in fine
remunerari ſperet. Sepe occulto dei iudicio extra flagelli cor
repcionē ſūt reprobi in h̄ mūdo · dū multa dānabilia comiſiſſe
videant̄ deſpecti tn̄ a dn̄o nullo emēdacōis vbere feriūtur. Pl⁹
corripit̄ iuſt⁹ flagello q̄ a deo diligitur ſi peccauerit. dicente
amos ꝓpheta. Tm̄modo vos cognoui ex omib⁹ nacionib⁹ ter
re · idcirco viſitabo ſup vos omes iniqtates vr̄as. Quē eni dili
git dn̄s corripit flagellat aūt omēz filiū quē recipit. Valde
neceſſariū eſt iuſtū in hac vita ꝛ vicijs tēptari ꝛ vberari fla
gello · ut dum vicijs pulſat̄ de virtutib⁹ nō ſupbiat. Dū vero
aut animi aut carnis dolore atterit̄ a mūdi amore retrahat̄.
Tēptari aūt oportz iuſtū · ſ; tēptacione plage nō tēptacione
luxurie. Duri⁹ circa ſuos electos in hac vita de⁹ agit · ut dū
forciorib⁹ flagelli ſtimulis feriunt̄ nulla oblectamēta pn̄tis
vite delectēt · ſ; celeſtē patriā vbi certa reqes expectat̄ indeſi
nenter deſiderēt. Electos vite iſti⁹ adūſitate ꝓbari ut ſcd̄m
petrū iudiciū a domo dei incipiat dum in hac vita electos ſuoſ
deus iudicij flagello caſtigat

¶ De gemina pcuſſione.
¶ Capitulum ſecundum

Gemina pcuſſio eſt diuina · vna in bonā partē q̄ pcutimur in carne ut emēdemur.
Altera q̄ vulneram̄ in ꝯſciēcia excaritate ut deū ardē
cius diligam⁹. Gemino more de⁹ reſpicit uel ad veniā uel ad
vindictā. Ad veniā ſicut petꝛ · ad vindictā ſicut dū ad fc̄a ſodo
moꝝ ſe deſcēſuꝝ ꝛ viſuꝝ teſtat̄. Trimoda racione de⁹ q̄s volu
erit pcutit. Ideſt ad damnacōez reprobos · ad purgacōez q̄s
errare videt electos · ad ꝓpagādam meitoꝝ gr̄az iuſtos. Primo
nāq; modo egiptus ceſa eſt ad damnacionē. Secūdo modo pau
per lazarus ad purgacionē. Tercio mō pcuſſus ē Iob ad ꝓba
cionē · flagellat̄ homo plerūq; a deo an̄ peccatū ne malus ſit ·
ut paul⁹ q̄ ſathane āgelo inſtigāte carnis tolerabat ſtimulos

flagellat̄ eciā et poſt pc̄m ut corrigat᷑ · ſicut ille in aplo qui
tradit9 eſt ſathane i interitū carnis ut ſpūs ſalu9 eſꝫ. Nō ta-
men iuſte murmurat eciā q̄ neſcit cur vapulat. Nam de9 ideo
plerūqꝫ iuſtū flagellat ne de iuſticia ſupbiēs cadat. In hac vi-
ta de9 tāto magis ſtudet ut parcat q̄nto magis expectādo fla-
gellat. Sꝫ alios feriēdo corrigit · alios vero feriēdo interficit · fe-
riēdo nāqꝫ corrigit de quib9 dicit Ego quos amo arguo ꝛ caſti-
go · feriendo pimit · quos incorrigibiliter delinq̄ntes aſpicit.
Quoſqꝫ nō iam ſb diſciplina ut filius pr̄ ſꝫ diſtricta damnacōe
ut hoſtes adūſari9 pcutit. De q̄bus dicit. flagello inimici p-
cuſſi te caſtigacione crudeli. Et iterū q̄d clamas ad me ſup cō-
tricione tua inſanabilis ē dolor tuus. Vn̄ vnuſquiſqꝫ ſeſtmet
et timeat ne ſimul feriat᷑ vita ei9 cū culpa. flagellum namqꝫ
tūc delet culpā cū mutaueit vitā. Nam cui9 mores nō mutāt
acciones nō expiāt Omīs diuina pcuſſio aut purgacio vite p̄-
ſentis eſt · aut iniciū pene ſequētis. Nam q̄buſdam flagella ab
hac vita inchoant et in eterna pcuſſione pdurāt. Vn̄ p moy-
ſen dn̄s dicit. Ignis exarſit in ira mea et ardebit uſqꝫ ad infe-
ros deorſū. A quib9 dici ſolet. Nō iudicat de9 bis in idipſum.
Qui tn̄ nō attendūt illud q̄d alias ſcriptū eſt. Iheſus popu-
lum de terra egipti liberās. Scd̄o eos q̄ nō crediderūt pdidit
Omnis eni ꝛ ſi vna culpa bis nō pcutit᷑ · vna tn̄ pcuſſio intelli-
gitur q̄ hic cepta illic pficiat᷑ · ut in hiis q̄ omnino nō corrigū-
tur · pcedēciū pcuſſio flagellorū ſequēciū ſit iniciū tormentorū.
Hinc eſt q̄d i pſalmo ſcribit᷑ · Operiant᷑ ſicut diploide ɔfuſione
ſua. Diploidis eni duplex eſt veſtimētū · quo figuraliter indu-
untur · q̄ in tpali pena ꝛ eterna damnātur. Vn̄ ꝛ iheremias ait
Contricio ſup ɔtricionē · ideſt gemina damnacio · ꝛ hic ꝛ in fu-
turo ſeculo. Et idem alibi ꝛ duplici ɔtricione ɔtere eos ideſt
gemina pena · pn̄ti ſcꝫ ꝛ futura. Quibuſdā ſecreto dei iudicio h̄
male eſt illic bene · ſcꝫ ut dū hic caſtigati corrigūtur abeterna
damnacione liberent᷑. Quibuſdā vero hic bene eſt illic male ſi-
cut diuiti illi accidit · qui hic potēcie claritate ɔſpicuus poſt
mortē gehēne incēdiis tradit᷑ cruciand9. Porro quibuſdā ꝛ h̄
male et illic male eſt · q̄a corrigi nolētes · et flagellari i hac vi-
ta incipiūt · ꝛ in eterna pcuſſione damnātur · ꝛ in tanto mergi
quoſdā deſperacōis profūdo · ut nec p flagella valeāt emēdari

De quibꝫ recte ꝑ ꝓpħaꝫ dñs dicit. Frustra ꝑcuſſi filios nr̄os. diſciplinā nō receperūt. Plerūq₃ iuſt⁹ plāgit q̄a neſcit vtrū pro om̄ibꝫ ſuis pc̄tis pn̄ia paciat̄ flagella. an pro vno tm̄. ⁊ neſcit q̄ ſit culpa illa ꝓ qua meruit eiuſmodi pati ſupplicia. et ꝓ ipſo ambiguo maxime in merore v̄ſat̄. Omnis flagella pn̄ia inſtum a pc̄tis abſoluāt. ad huc tn̄ ſub metu vindicte turbat̄ ne iuſtātes ei plage nō ſufficiāt ad purgāda delicta. Proinde ꝗ dum preſencia patit̄. et futura ꝑtimeſcit qđ āmodo. ſicut ait ꝓpħta pro ſuis peccatis duplicia recipit

## De infirmitate carnis Cam. iii

Eſſe non nullos eiuſdem q̄litatis homines q̄ neſciāt corrigi n̄ alios viderint flagellari. Sicq₃ ꝓficiūt cōpacōe malorū. dum ſibi id accidere timēt in quo deperire alios vidēt. Quoſdā vidēs de⁹ nulle ꝓprio voto corrigi adūſitatum tāgit ſtimulis. quoſdā eciā pſciens multū peccare poſſe. in ſalutē flagellat eos corpis infirmitate ne peccēt. ut eis vtilius ſit. frāgi lāguoribꝫ ad ſalutē aīe. quā manē incolumes ad dānacionē. Viſitacio dei nec ſp̄ in bonū accipit̄ nec ſp̄ in malū In bonū em̄ accipit̄ ſic̄ eſt illud viſita nos in ſalutari tuo. In malū vero iuxta illud in tp̄e viſitacōis ſue peribūt. Tribꝫ ex cauſis infirmitates accidūt corpis. ideſt ex pc̄to. et extēptacione. ⁊ ex intempanciē paſſione. ſꝫ huic tm̄ nouiſſime hūana poteſt medicina ſuccurrē. illis vero ſola pietas diuine miſericordie. Qui valēciores ſūt. et ſani vtile ē illis infirmari ⁊ non peccare. ne p vigorē ſanitatis illicitis ſordidētur cupiditatū et luxurie deſiderīs. Duricia q̄ mētem pmit nec ſentit̄ vtilit̄ mutatur in carne ut ſenciat̄ atq₃ intellecta emēdet̄. Nā cicius vūlnera carnis ſenciunt̄ q̄m aīe. ideoq₃ p carnis flagella errantes cicius corrigunt̄. Hoc q̄ppe indicāt in pauli oculis ſquame infidelitatis. q̄ dū mutate ſūt p increpacōeꝫ ī oculis carnis ꝯfeſtim reſoluta ē duricia mentis. Eſt pniciosa ſanitas. q̄ ad inobediēciā hominē ducit. Eſt ⁊ ſalubris infirmitas q̄ p diuinā correpcōeꝫ mentē a duricia frāgit. Lāguor aīe ideſt pc̄torū infirmitas pniciosa ē. de q̄ eciā aptus dicit. Quis infirmat̄ ⁊ ego non infirmor. Quis ſcandalizat̄ et ego nō vror. Nam infirmitatē carnis vtile eſſe. idem apoſtol⁹ approbat dicens. Quando infirmor tunc forcior ſum.

¶ De tolerācia diuīe correctionis ¶ Capitulū · quartum·
Murmurare in flagellis dei pctor homo nō debꝫ · qa ma-
xime ꝑ hoc qd corripit̄ emēdat̄ · Vnuſquiſqꝫ aūt tunc
leuiꝰ portat qd patitur ſi ſua diſcuſſerit mala · ꝓ quibꝫ
illi infertur retribucio iuſta · Diſcat nō murmurare q̄ mala pa
titur · eciam ſi ignorat cur mala paciatur et ꝑ hoc iuſte ſe pati
arbitretur ꝑ qd ab illo iudicat̄ · cuius nūqꝫ iniuſta iudicia ſunt
Qui flagella ſuſtinet et ↄtra deū murmurat · iuſticiā iudicātis
accuſat · Qui vero ſe cognoſcit a iuſto iudice pati qd ſuſtinet
eciā ſi pro quo patit̄ ignoret ꝑ hoc iā iuſtificat̄ · ꝑ qd et ſeipm
accuſat et dei iuſticiā laudat · Dum ex rebꝫ ꝓſpeis vtilia iuſtꝰ
exemplis p̄ſtat hoībꝫ · neceſſe eſt eū iteꝝ et adūſitatibꝫ tāgi ·
quatenꝰ eiꝰ paciēcia cōprobet̄ ⁊ denuo fortitudinis documen-
ta ex eo ſumāt hn̄ q̄ ꝓſpeitatis eiꝰ tēporāciā agnouerīt · Qui
paſſionibꝫ anime inſidiāte adūſario cruciat̄ · nō idcirco ſe cre
dat alienari a xpo · qa talia patit̄ · ſꝫ magis ꝑ hoc deo cōmēda-
bilem ſe eē exiſtimet ſi dum hec patit̄ laudat dm pociꝰ · nō ac
cuſat · Ad magnā vtilitatē diuino iudicio mēs iuſti diūſis paſ
ſionū tēptacionibꝫ agitat̄ ꝓ qbus ſi deo grās egerit ſueqꝫ cul
peqꝫ talia dignꝰ ſit deputauerit · Hoc qd expaſſione tolerat ei
ꝓ v̄tutibꝫ reputabit̄ · qa et diuinā agnoſcit iuſticiā et ſuā cul-
pam intelligit ¶ De temptacionibꝫ diaboli ¶ Caᵐ · v ·
Multis calamitatū temptacionibꝫ mens iuſti in hac vi-
ta pulſatur · Vn̄ et optat ab hoc ſeculo fūditꝰ euelli
quo et erumnis careat et fixā illic ſecuritatē inueniat
Inter eas penas quas iuſtꝰ in corpe patit̄ · atqꝫ eas quas mē-
te ꝑ fraudē diaboli tolerat multū inter eſt · Nā grauiꝰ fert q̄s
interiꝰ luget q̄m eas q̄s exteriꝰ ſuſtinet · Has eīn ⁊ loco euitat
et tpe illas nec loco poteſt euitare nec tpe · Nam ampliꝰ tem-
ptat electos diabolꝰ · q̄m dei volūtas ꝑmittit Temptādo aūt
ſāctoꝝ ꝑfectibꝫ ſuit · et ſi nolēs utilitati tamē ſāctoꝝ ſuit di
abolus · qn̄ eos tēptacōnibꝫ ſuis nō decipit ſꝫ pociꝰ erudit · Nā
tēptacões q̄s ille ad humanū interitū mouet · interdū ſpiritꝰ
ad exerciciū v̄tutū ſalubri vtilitate ↄūtit · Inſidie diaboli at
qꝫ aſtucie q̄muis huc atqꝫ illuc q̄rētes quē deuoret diffūdātur
a poteſtate diuīa tn̄ nō egrediunt̄ ne tm̄ noceant q̄ntū malici
oſe cōtēdūt · Nam quō ſāctoꝝ v̄tus tāta tolerare potuiſſet ſi

ſupna deſpēſacio pio moderamine neqciā demonū nō frenaret
Et licet diabol9 tēptacionē iuſtis ſemp inferre cupiat tñ ſi a
deo poteſtatē nō accepit nullaten9 adipiſci poteſt qđ appetit
Vñ et oīnis volūtas diaboli iniuſta ē ꝛ tñ pmittente deo oīnis
poteſtas iuſta. Ex ſe enī tēptare qſlibet iniuſte appetit. ſꝫ eos
q̄ temptādi ſūt et pro ut tēptandi ſūt nō niſi temptari deus
iuſte pmittit. Vñ ecīa in libris regū de diabolo ſcriptū eſt. qa
ſpirit9 dei mal9 irruebat in ſaul vbi iuſte querit̄ ſi deū cur ma
lus. ſi mal9 cur deū dicat̄. Sed duobꝫ v̄bis ꝯphenſa eſt et dei
poteſtas iuſta. ꝛ diaboli volūtas iniuſta. Nam ſpūs mal9 p ne-
quiſſimā voluntatē. et idē ſpirit9 deū p acceptā iuſtiſſimā po-
teſtatē. Diabol9 nō eſt immiſſor ſꝫ incentor poci9 viciorꝫ. Neqꝫ
enī alibi cōcupiſcēcie fomenta ſuccēdit niſi vbi pus praue co
gitacōis dilectacōes aſpexerit qs ſi a nob ſpnim9. ſine dubio il
le ꝯfuſus abſcedit ſtatimqꝫ frāgūtur iacula ꝯcupiſcēcie ei9 cō
tēpteqꝫ iacēt. et ſine luce faces illi9. Sollicite hoſtis inſidias
intelligē pariter ꝛ cauē dei ſuū oportꝫ. ſicqꝫ innocēcia vite exi-
ſtere ſimplicē. ut tñ oporteat cū ſimplicitate eē prudentem.
Qui prudēciā ſimplicitati nō miſcet. iuxta ꝓphā colūba eſt ſe
ducta nō habēs cor. Sed ideo colūba qꝛ ſimplex. ideo aūt cor
nō hñs. qa ignara prudēcia ē. Sepe fraus ſathane ſāctorꝫ cor
dibꝫ apit̄. qñ ſe p ſpēm boni angelū ſe ſimulās lucis dum nitit̄
electos decipe detegit̄ atqꝫ ꝯtēpnit̄ Sic ꝛ v̄ba fallacis doctrine
ſāctos ſuos ds facit intelligere. qtēn9 diabolicū errorē interi9
cognoſcāt ac ſollicite caueāt. Diſcrecio ſāctorꝫ tāta eē debꝫ ut
inter bonū et malū ꝓditi racione diiudicent. ne eos diabol9 p
ſpēm boni fallat. Hec eſt enī pcunctacio ioſue dicētis. Noſter
es an adūſariorꝫ. Propter h̄ ꝛ iheremie dicit̄. ſi ſepaueris p̄cioſū
a vili q̄ſi os meū eris. Tūc enī bñ de ſe iudicāt ſācti qñ ab eis ds
fallacia demonū tēptamēta facit intelligi. Multi decipiunt̄ a
diabolo. ꝛ ignorāt ſe eē deceptos. Oſee ꝓpha teſtimonio decla-
rāte. Comederūt inqt alieni robur ei9 ꝛ ipe ignorauit. Alieni
nāqꝫ maligni ſpūs ſignificant̄ q̄ v̄tutes mētis cōedūt. ſꝫ h̄ corda
negligēciū nō intelligūt. Tāqꝫ inermis diabol9 vincit̄ quādo
de aperta iniqtate hominē deprauare conatur. Armatus vero
tunc incedit. dum p ſpeciem ſāctitatis et virtutis ea q̄ ſācta
ſunt deſtruit. quādo et q̄ decipitur ſua detrimēta conſentit.

Sed tāq; ſint virtutes q̄ ſūt vicia ſectat̄ ⁊ diligit. In oculis carnaliū diabolꝰ terribilis ē. In oculis electoꝝ terror eiꝰ vilis eſt. Ab incredulis ut leo timet̄. a fortibꝫ infide ut vmis contemnit̄. Atq; ad mometū oſtenſus repellit̄. Qui ſuggeſtiones diaboli nō recipit in eius inſidias minime trāſit. Nam facile in ꝯſequēti ope repellit̄ ſi ꝑma oblectamēta illiꝰ reſpuātur. Diabolꝰ eīn ſpēs ē lubricus cuiꝰ ſi capiti id ē ꝑme ſuggeſtioni nō reſiſtitur. totus in interna cordis dum nō ſentit̄ illabit̄. Temptacionū diabolicaꝝ inicia fragilia ſunt. q̄ ſi nō caueātur. ſed per vſū in ꝯſuetudinē trāſeāt. in nouiſſimis fortiter ꝯualeſcūt ita ut aut nūq; aut cū difficultate vincant̄. Cū i tota vita diabolꝰ hominē ꝑuaricari cupiat. ampliꝰ tn̄ in fine molit̄ decipē Hinc eſt qđ inꝑncipio ꝯtra prothoplaſtū ſerpenti eſt dictum Et tu inſidiaberis calcaneo eiꝰ q̇a nimiꝝ hominē quē diabolꝰ in curſu p̄terite vite nō decepit in nouiſſimis ſupplantare diſponit. Proinde q̄muis quiſq; ſit iuſtꝰ. nūq; neceſſe eſt ut ſit in hac vita ſecurꝰ ſꝫ ſemꝑ humilis caueat ſꝑ q; ne infine corruat ſollicitꝰ ꝑtimeſcat. Diabolꝰ ſuis fautoribꝫ blādit̄. dei vero ſeruis molit̄ temptamēta ꝯtraria exemplo dn̄i. qui ſe poſt baptiſmū paſſus eſt a diabolo temptari. Diabolꝰ ſanctos oēs nō tenendo poſſidet ſꝫ tēptādo ꝑſeq̇tur. Nā q̇a nō in eis intrinſecus regnat. ꝯtra eos extrinſecus pugnat. Et q̇ intrinſecus amiſit dominiū. exteriꝰ cōmouet bellū. Tunc ꝯtra eū quē poſſidet diabolꝰ acrius ſeuit qn̄ ſe virtute diuina ab eo expellendum cognoſcit. Vn̄ immūdus ſpūs tūc decerpſit grauiꝰ pueꝝ in quo habitabat. qn̄ ad xp̄i imperiū exire ab eo coactꝰ eſt Qđ factū et ad iob verba reſpicit. vbi in nouiſſimis beemoth caudam ſuam quaſi cedrꝰ adſtringit. Plus ſcimꝰ ꝯtra eos diabolum diuerſis temptacionibꝫ inſiſtere q̇ poſſunt et aliis ſua vtilitate prodeſſe. ut dum illi impediunt̄ nō proficiāt. q̇ docendi ſūt. Maligni ſpūs hoc qđ intra nos mūdare cupimꝰ. ſine intermiſſione temptāt iteꝝ ſordidare. Sancti aūt p̄ſago ſpū eoꝝ inſidias p̄cognoſcūt. ⁊ quicq̇t in ſemetipis terrenū ſenciūt. indeſinenter opibꝫ ſāctis exhauriūt ut de intimis puri inueniantur. Eodem blādimēto decipiūtur. nūc per diabolū homīes. quo ꝓthoplaſti in paradiſo ſūt decepti. Multis eīn viciorum preſtigiis mētes reproboꝝ tēptādo deludit. Nūc eīn ꝓmiſſis

decipit nūc reb⁹ trāſitoriis q̄i neceſſariis illicit· nūc eciā ipſa
inferni ſupplicia q̄i leuia ⁊ trāſitoria ſuggerit· q̄ten⁹ miſeroꝝ cor
da in cupiditatē laſciuiāq; diſſoluat ſecūq; ad tartara ducat.
Argumēta machinacōnū maloꝝ cogitacionū ſemina· q̄ in cor
dib⁹ hoīm diabol⁹ fūdit· ita ſepe vndiq; captā implicāt mētē.
ut ex q̄ parte euadē q̄ſq; tēptauerit ſine piculo exire nō poſſit
veluti ſi iures h̄ facē qđ ſi feceris pecces· ſi nō feceris reus p̄
iurii ſis. Intāto ḡ mali diſcrimine ut euadēdi aditus pateat·
minora pocius eligēda ſūt ut maiora vitētur. Diabol⁹ qn̄ de-
cipe queq; querit p̄us naturā vniuſcuiuſq; intēdit· ⁊ inde ſe ap
plicat vnde aptū hominē ad peccādū inſpexerit. Ex ea parte
homines diabol⁹ temptat q̄ eos p excreſcentem humorē faci
le inclinari ad vicia cōſpicit ut ſcđm humoris ꝯſperſionē ad-
hibeat et temptacionē· lege balaam q̄ in figura diaboli cōtra
populū dei ex ea parte p̄cepit pnicioſos p̄tēdere laq̄os · ex q̄
ſenſit eos facilius eē lapſuros. Nā et q̄ aquā alicubi deducit
non eam p aliā partē mittit niſi vbi impetū eius intēdit. Nul
lus culpā exiſtimet q; ex ꝯſperſione ꝓpria ſuſtinet· ſꝫ q̄ntū va-
let ꝯtra id qđ tolerat pugnet. Nam ſi cōpaſſioni cedit̄ tēpta-
cioni uel vicio nequaq; reſiſtit̄. Ideo diabol⁹ in ſacris eloqis
vehemoth id ē animal dicit̄· q̄a de celis lapſus ad terrā cecidit
Ideo leuiatan ideſt ſpens de aquis· q̄a in hui⁹ ſeculi mari ſo
lubili verſat̄ aſtucia. Auis vero ꝓpterea nominat̄· quia per ſu-
perbiam ad alta ſuſtollitur. Et recte hiis trib⁹ vocabulis ap-
pellatur q̄a pro ſuo merito aerem quaſi auis pro carcere meruit
vehemoth terrā quia ut animal brutū in imis delectat̄. ſpēs
eo q; in hui⁹ ſeculi mari inſana iactat̄ fluctuacione. Ex inde
eīn qđ p mēbra ſua diabol⁹ opat̄ ſortit̄ vocabula ita ut qđ ſin-
guli agūt imitātē illo· ipe nomīet̄ ex eo. Que eīn nō decipit di
abol⁹ vn̄ animal eſt· hoc ē p carnis luxuriā tēptat· vn̄ et ſer-
pens eſt· hoc eſt cupiditas ac nocendi malicia. Que aūt nec
ſic decipit inſidiator· vnde auis eſt· hoc eſt ſuperbie ruina.
Vndiq; eīn dolos preparat quouſq; inueniat viam per q̄m in-
cautum decipiat. Aliud eſt intrare mentē cuiuſq; diabolum
aliud vero inhabitare· nam et in cordibus ſanctorum diabo-
lus ingreditur dum malas ſuggeſtiones inſinuat ſed non ha
bitat in eis quia in ſuo corpore non eos transduat.

Qui vero in corpore eius ſūt ipos inhabitat q͞a ipi ſūt templū
eius. Et ſi ſubripiat mētib⁊ electoꝝ diabol⁹. nō aūt in eis re-
qeſcit ſicut in cordib⁊ reproboꝝ nam calore fidei mox excitat᷑
ut exeat ab electis. Nonnulli quos iam auido ore diabol⁹ deuo
rauerat rurſus diuini iudicii occulta miſeracione ab eius ore e-
ripiunt᷑ et ſaluti reſtituūtur. Nam ſepe multos q̄s antiquus
hoſtis luxurie voragine immerſos tenuit potēcia diuina p pe-
nitenciā ab eius faucib⁊ traxit. Quomō bonoꝝ interitū ꝓpha
electā dicit eē diaboli eſcā dum alibi ſcriptū ſit de illo. Fenū
ſicut bos comedet niſi qꝛ in oculis dei fenū ſūt q̄ elect⁹ abus ſe-
cundū homines eē videtur. Ac p hoc q͞a de bonoꝝ numero a-
pud homines electi. apud deum fenū exiſtūt. Eum diabolus
iam deglutiſſe dicit᷑ quē iā pfecto ſcelere deuoraſſe videt᷑. Eum
vero quā nō deglutiuit opis pfectōe ꝫ temptacionū illecebris
mordet ut deuoret. ad huc quaſi in maxilla mādit. Vñ ⁊ pau
lus habꝫ ſtimulos carnis quib⁊ humiliet᷑ nō habꝫ peccādi pfe-
ctionē q̄ degluciat᷑. Os diaboli verba ei⁹ ſūt Verba vero ei⁹ in-
ſpiraciones occulte ſūt quib⁊ corda hominū alloquēs occultis
vrit cupiditatib⁊ Quidā ob incorrigibilē iniq̄tatē. q͞a ſponte
non corrigūtur immūdis ſpiritib⁊ vexandi tradūtur. ut arri-
piendi eos demones corporaliter habeāt poteſtatē terrorib⁊
qꝛ eoꝝ afflicti humiliētur peniteāt et ſaluētur. Sicut ⁊ ap̄lus
corintheis ſcribēs dicit. Tradē hui⁹ hominē ſathane in inte
ritū carnis ut ſp̄us ſaluus ſit. Utile ē enī quoſdā peccātes. ut
in anima ſaluent᷑ ſathane corporaliter deputari q̄ten⁹ ex p̄nti
correpcione futuꝝ iudiciū timeāt ⁊ de cetero delinq̄re caueāt
Quidā aūt poteſtati demonū ad emēdacionē deputātur. qui-
dam vero deſpecti ad ſolā pdicionē tradunt᷑. Nūqꝫ vacat dia
bolus adūſus hominē iuſtū. Aut enī tribulaciones cordis illi
exaggerat. aut dolores corporis ſuſcitat. Hinc ē qđ ap̄lus ait
Datus eſt michi ſtimul⁹ carnis angel⁹ ſathane ut me colafi-
zet. Sepe iuſti mētē variis vexacionū dolorib⁊ vis demonū cru
ciat. vnde interdū uſqꝫ ad deſperacionis anguſtiā coartat᷑. Per
manenti aūt in dei amore anime et ipa talis anguſtia ad meritū
ꝓficit. Nam ſiue in animo ſiue in corpore p inſtinctū immūdoꝝ
ſpirituū quelib⁊ adūſa iuſt⁹ paciat᷑ ex dei vtiqꝫ pmiſſu id patit᷑
qđ ſi hoc ipm ad dī gloriā humilis referat ⁊ dicat qđ ꝓ corpis

paſſione iob dixit. Si bona ſuſcepim9 de manu dn̄i. mala quare
non ſuſcipiamus. Iſte non ſeparat̄ a deo ſꝫ ꝯiūgitur. q̇ licet a-
troci anguſtia torqueat̄. Multa iuſt9 adūſa in anima patitur
inſtigacione demonū ſꝫ talib9 tēptamentis perire a vita eterna
nō poteſt quia pius dn̄s ad dānacionē culpe nō reputat. qꝫ de
ſue maieſtatis ꝑmiſſu. nolēs q̇ patit̄ portat. Nam ibi peccam9
vbi ꝑ cupiditatē uel volūtatē deflectimur. Vbi vero violen-
ter adducimur et ſi facim9 aut flagiciū nō eſt. miſeria tn̄ ꝓ fla
gicio ⁊ facinore ē. Sed q̇ deū ꝓirrogata laudat miſeria cōmiſſo
ꝓculdubio caret facinore ¶ De temptamētis ſomniorū.

Plerūqꝫ demones in noctib9 ꝯcurrētes ¶ Cam. vi.
humanos ſenſus ꝑ viſiones ꝯturbāt. ut formidoloſos
ut timodos faciāt. Aliquociēs etiam ex deſperacione
pcōrꝝ mentē ꝯūſi ꝑ ſoporē ꝯturbāt horrida qꝫ gehenne immit
tūt. Nōnūqꝫ aūt ⁊ apta impugnacōe graſſentes hūana corpo-
ra verberāt. qđ tn̄ deo ꝑmittēte malorꝝ fit ad vindictā. iuſtorꝝ
ad tolerācie gloriā. Plerūqꝫ inmūdi ſpirit9 eos q̊s incumbere i
ſeculi amore ꝯſpiciūt dormiētes quadā vana ſpei ꝓſpeirtate il
ludūt. Quoſdā vero quos formidare aliq̄ adūſa ꝑſenciūt. dor-
mientes inani terrore ꝯcuciūt. Sicqꝫ miſerorꝝ corda variis illu
ſionib9 tēptātes mō vana ꝓſperitate demulcēt mō inani formi
dine terrēt. Qui aūt nullis aut raris ꝯſcij ſūt delictis aut nū-
q̄ꝫ aut raro terrorib9 fatigātur nocturnis ſꝫ paccato ſomno q̇-
eſcētes interdū eciā ꝑ ſoporē quedā archana et miſtica ꝯtuen
tur ac vidēt. Qui vero corda ſua grauiorib9 viciis polluerūt.
cōſciēcie pauore illuſi ſpecies tremēdas aſpiciūt. Fallax enī y-
mago mentes miſerorꝝ diūſis eludit ymaginib9 et q̊s vigilātes
in vicia traxit dormientes fatigat. ut nūqꝫ ſecuros reqeſcere ſi
nat. Nonnūqꝫ eciā electorꝝ mētes horrendis ymaginib9 ſom-
niorꝝ ſpirit9 inmūdi terrificare conant̄ ⁊ q̊s vigilantes viciis
temptāt nec ſuperāt acriter dormiētes impugnāt. Sancti aūt
⁊ ſi ad momētū huiuſmodi viſionib9 cōmoueant̄. mox tn̄ euigi
lantes illuſionū vanitates intencionēqꝫ ſuā ꝓtin9 ad deū con
uertūt. Diūſe q̄litates ſūt ſomniorꝝ. Quedā enī ex ſaturitate
ſeu inanicione occurrūt. Quedā eciā ꝑ experienciā nota ſunt.
quedā vero ex ꝓpria cogitacione oriunt̄. Nam ſepe q̄ i die co
gitamus in noctib9 recognoſcimus. Nonnulle autē viſiones

ſpirituū immūdoꝝ fiunt illuſione· ſalomone ꝓbāte· Multos
inqͭ errare fecerūt ſomnia ⁊ illuſiones vane. Porro quedā iu-
ſto fiunt mō ideſt ſupne reuelacōis miſterio. Sicut legiť in le-
ge de ioſeph filio iacob q̄ p ſomnia frīb9 pferēd9 pdiat̄ uel ſi-
cut in euangelio de ioſeph ſponſo marie q̄ ut fugeret cū pue-
ro in egiptū ſomnio ammonet̄. Non nūq̄ et pmixte accidūt vi-
ſiones id ē cogitacōe ſimul ⁊ illuſione· atq̄ itē cogitacōne ⁊
reuelacione daniele dicēte. Tu inquit rex cogitare cepiſti in
ſtratu tuo qd eſſ futuꝝ poſt hec· et q̄ reuelat miſteria oſtēdit
tibi q̄ vētura ſūt. Et inde ſepe ea in quib9 cogitacionū nr̄aꝝ
ſenſū porrigim9 quodā mētis exceſſu reuelātur dū requieſcimus
Quāuis nonnulla vera ſint ſomnia facile tn̄ eis credi nō opus
eſt· qa diūſis ymaginacionū q̄litatib9 oriunt̄· et vn̄ veniāt ra-
ro ꝯſiderat̄. Tā facile igit̄ ſomniis fides habēda nō eſt· ne for-
te ſathanas i angelū lucis ſe trāſformās quelibȝ incautū fallat
et aliquā erroris fraude decipiat. Non nūq̄ interdū demones
deceptoria fraude ita quoſdā curioſos obſuātes illudūt ut q̄-
dam ſomnia nō aditinn aliter inueniāt q̄m oſtēdant̄. Ut enī
in multis fallāt interdū· et vera ꝓnūciāt. Sed q̄muis ita acci-
dant ꝯtemnēda ſūt ne forte de illuſione ꝓcedāt· recolētes te-
ſtimoniū ſcripture dicētis. Si dixerint vobis et ita euenit nō
credatis. Somnia ſimilia ſūt auguriis · et q̄ ea intēdūt reuera
auguriari noſcūtur. Nō eē vera ſomnia q̄ cogitās anim9 die no-
ctuq̄ ſibi ymaginat̄. Mentes enī nr̄e nonnūq̄ ipa ſibi ſomnia
fingūt. Sepe dum priora mala p triſtē memoriā ad mentē re-
ducūtur p hec gehēne vindictā i nobis ipis recolēdo ymagi-
namur. Huiuſmodi mentis ymaginaciones q̄ aut de pteritis
admiſſis aut de futuris ſuppliciis in memoria vigilātib9 fiunt
et p viſiones oīa occurrūt ⁊ cogitacionū mētes ꝯcuciūt. Nā
vna vi memorie fiūt vtraq̄ ſiue vigilātib9 ſiue dormiētib9 nob
Tali enī āmonicione horribili· pauore eciā p quietē cōcutimur
et quā grauia ſint q̄ cōmiſim9 et q̄m dura q̄ ptimeſcim9. Men-
tis aſpectu eciā in ſomnio cōtemplamur. Non eſt pcm̄ qn̄do
nolētes ymaginib9 nocturnis illudimur· ſȝ tūc eē pcm̄ ſi āte
q̄ illudamur cogitacionis affectib9 puenimur. Luxurie q̄ppe
ymagines quas in veritate geſſim9 ſepe dormiētib9 in aīo appa-
rent ſȝ innoxie· ſi nō ꝯcupiſcēdo occurrāt. Qui nocťna illuſione

polluit· q̃muis extra mẽoriã turpiũ cogitacõnũ ſeſe pſenciat
inq̄natũ tñ ħ ut tẽptaret̃ culpe ſue tribuat ſuãq̃ʒ inmũdiciam
ſtatim fletibꝫ tergat

¶ De oꝛone Caᵐ· vij·

Hoc ẽ remediũ eiꝰ q̃ viciorꝫ tẽptamẽtis exeſtuat ut q̃ci
ens q̃libꝫ tãgit̃ viicio tociẽs ad oꝛonẽ ſe ſubdat· q̃a fre
quẽs oꝛo viciorꝫ inpugnacões extinguit· Tñ pſeuerã
ter intendẽ oportet aĩm nr̃m orãdo atq̃ʒ pulſando· q̃uſq̃ʒ impor
tunas deſideriorꝫ carnaliũ ſuggeſtiones q̃ nr̃is obſtrepũt ſẽ
ſibꝫ fortiſſima intẽcione ſupemꝰ ac tã diu inſiſtẽ q̃uſq̃ʒ pſiſten
do vincamꝰ· Nã negligẽtes oꝛones· nec ab ipõ hoĩe impetrare
valẽt qđ nolẽt· Cũ quiſq̃ʒ orat· ſãctũ ad ſe ſpũm aduocat· At
vbi venerit· ɔfeſtim tẽptamẽta demoniorꝫ que ſe mentibꝫ hu
manis inmergũt· pſenciã eiꝰ ferre nõ ſuſtinẽtes effugiũt· O
racio cordis nõ ẽ labiorꝫ· Neq̃ʒ eñ v̾ba depcãtis deꝰ intendit
ſʒ orãtis cor aſpicit· Quod ſi tacite cor orat ⁊ vox ſileat· q̃uis
hoĩes lateat deũ latẽ nõ poteſt· q̃ ɔſciencie pñs eſt· Meliꝰ eſt
aũt cũ ſilencio orare corde ſine ſono vocis· q̃m ſolis v̾bis ſine
intuitu mẽtis· nũq̃ʒ eſt ſine gemitu orãdũ· Nam pctõrꝫ recor
dacio merorẽ gignit· Dum eñ oramꝰ ad memoriã culpã redu
cimus et magis reos tunc nos eſſe agnoſcimus· Ideoq̃ʒ cum
deo aſſiſtimꝰ gemere et flere debemꝰ· reminiſcẽtes q̃m grauia
ſũt ſcelera q̃ cõmiſimꝰ q̃mq̃ʒ dira inferni ſupplicia q̃ timemꝰ·
Nam nichil proficit oracio ſi denuo ɔmittimur· vñ iã venia po
ſtulat̃· Ille eñ precis deſideratum effectum ſine dubio pcipit
qui qđ orando ablui poſtulat delinquẽdo non iterat· Mens q̃
lem ſe in oracione offert talẽ poſt ſe ɔſeruet· Mens noſtra ce
leſtis eſt et tunc orando deũ bene cõtemplat̃· quando nullis
terrenis curis aut erroribꝫ impedit̃· Apta ẽ eñ ad bonũ in ſua
natura· i aliena vero turbat̃· Pura ẽ oꝛo q̃m i ſuo tpe ſeculi non
interueniũt cure· lõge aũt a deo animꝰ q̃ in oꝛone cogitacõibꝫ
ſeculi fuerit occupatꝰ· Tunc ḡ veraciter oramꝰ qñ aliũde nõ
cogitamus. Sed valde pauci ſunt qui tales oraciones habe
ant· Et licet in quibuſdam ſint difficiles non tamen in oĩbꝫ
Nam mens que ante oracionẽ vacans a deo in illicitis cogita
cionibus occupatur dum in oracionem venerit confeſtim illi
ymagines rerum quas nuper cogitauit occurrunt· aditumq̃ʒ
peccatis obſtruũt ne ſe mẽs libera ad celeſte deſideriũ erigat·

Purgād⁹ eſt itaq̄ primū anim⁹ atq̄ temporaliū reꝝ cogita-
cionib⁹ ſegregādus ut pura acies cordis ad deū vere et ſimpli
citer dirigat᷑. Nam reuera tūc impetrāda diuina munera credi
mus· qn̄ ſimplici affectu aſſiſtimus cū oram⁹. Multis modis
aūt rumpit᷑ oōnis intēcio dū ſe p incuriā vana mūdi ingerunt
in cuiuſcūq̄ orātis animo. Tūc aūt magis diabol⁹ cogitacōes
curaꝝ ſeculariū hūanis mētib⁹ ingerit qn̄ orātē aſpexeit Du-
obus modis oracio impedit᷑· ne impetrare quiſq̄ valeat poſtu
lata· hoc eſt ſi aut quiſq̄ ad huc mala cōmittit aut ſi delinqn
ti ſibi debita nō dimittit. Quod geminū malū dum quiſq̄ a ſe
metipo abſterſeit ꝓtin⁹ ſecur⁹ ſtudio oōis incumbit ⁊ ad ea q̄
impetrare pcib⁹ cupit mētē libere erigit. Qui ledit᷑ nō deſiſtat
orare pro ſe ledētib⁹ alioquin iuxta dei ſenteāā peccat· q̄ pro
inimicis nō orat. Sicut nullū ꝓficit in vulnere medicamentū
ſi adhuc ferrū in eo ſit· ita nichil ꝓficiat oōo illius· cui⁹ adhuc
dolor in mēte uel odiū manet in pectore. Tant⁹ debet eē orā-
tis erga deū affect⁹· ut nō deſperet precis effectū. Inaniter
aūt oramus ſi ſpei fiduciā nō habemus. Petat ḡ ut aplus ait·
vnuſquiſq̄ in fide nichil dubitās· nā q̄ dubitat ſimilis ē vnde
maris q̄ a vēto fertur atq̄ diſpergit᷑· diffideēcia naſcit᷑ impetrā-
di orata ſi ſe adhuc anim⁹ ſenciat circa peccādi affectionē ver
ſari. Non eñ poteſt habere pcīs certā fiduciā q̄ adhuc in pce
ptis dei pigritat et pcti recordacōis delectat. Qui a pceptis
dei aūtitur qd̄ in oōne poſtulat· nō meret᷑ nec impetrat ab il
lo bonū qd̄ poſcit cui⁹ legi nō obedit. Si eñ qd̄ de⁹ pcipit fa-
cim⁹ id qd̄ petim⁹ ſine dubio optinem⁹. Nam ſicut ſcriptū eſt
q̄ aūtit aurē ſuā ne audiat legē· oōo ei⁹ execrabilis erit. Mul
tum apud deū vtraq̄ ſibi neceſſaria cōmēdant᷑· ut oōne opa-
cio et ope fulciat᷑ oracio. Vn̄ eciā iheremias ait. Leuem⁹ cor-
da nr̄a cū manib⁹ ad dn̄m Cor eñ cū manib⁹ leuat q̄ oracionem
cū ope ſubleuat. Nam q̄cūq̄ orat ⁊ nō opat᷑ cor leuat ⁊ manus
non leuat. Quiſq̄ vero opat᷑ ⁊ non orat leuat man⁹ ⁊ cor nō le
uat. Sed q̄ opari neceſſe ē ⁊ orare· bene iuxta vtrūq̄ dictū ē.
leuem⁹ corda nr̄a cū manib⁹ ad dn̄m ne de negligēcia mādatoꝝ
corde rephendamur dum ſalutē noſtrā obtinere aut ſola oōo
ne aut ſola opacione cōtendim⁹. Poſtq̄ bonū opus egim⁹ la-
crime oōnū fūdātur· ut meritū accōis hūilitas impetret pcīs

Culpabiliter manꝰ ad deū expādit · q̇ facta ſua orādo iactāter
ꝑdit · ſicut phariſeꝰ ī tēplo iactāter orabat ſe ꝗ magis q̄m dm̄
de opibꝫ iuſtis laudari volebat. Quorūdā oracio in peccatū ꝯ-
uertit̄ · ſicut de iuda ꝓditore ſcribit̄. Qui em̄ iactāter orat lau
dē appetēdo hūanā · nō ſolū eiꝰ oracio nō delet pc̄m · ſꝫ ipa ver
tit̄ in pc̄m. Hic iudei uel heretici q̇ licꝫ ieiunare et orare vi-
deant̄ · eoꝝ tn̄ oracio nō delet pc̄m nec ad purgacōis ꝓficit
meritū · ſꝫ mutat̄ pociꝰ in pc̄m. Ideo interdū oracio electoꝝ
in p̄ſſuris eoꝝ differtur · ut impioꝝ ꝑuſitas augeat̄. Veꝝ dū
iuſti tēporaliter audiūtur · ꝓ eoꝝ fit ſalute q̇ eos affligūt · ut
dum illis tēporali remedio ſbuenit̄ p̄uoꝝ oculi ad ꝯuſionē ape
riant̄: Vn̄ ⁊ triū pueroꝝ frigidus ignis fuit · ut nabuchodono
ſor deū veꝝ agnoſcēt. Hic ⁊ ꝓpha in pſalmis ait. Propter ini-
micos meos eripe me. Proinde tardiꝰ exaudiunt̄ quorūdā orō-
nes ut dū differunt̄ forciꝰ excitati maioribꝫ p̄miis cumulētur
exemplo pruinaꝝ ⁊ reſperſione meſſiū in q̇bꝫ q̄nto tardiꝰ ſata
ſemina exeūt tāto ad frugem cumulaciꝰ creſcūt. Quociēs orā
tes nō cito exaudiūtur · nr̄a nobis facta ī oculis ꝓponamꝰ · ut
hoc ip̄m qd̓ differt̄ diuine deputet̄ iuſticie ⁊ culpe nr̄e. Inter
dū ꝙ ꝑſeuerāter orātes nō cito exaudiūi vtilitatis nr̄e eſt nō
aduſitatis. Sepe em̄ multos deꝰ non exaudit ad volūtatē · ut
exaudiat ad ſalutē. Multi orātes nō exaudiūtur q̇a ꝓuidēdo
illis deꝰ meliora q̄m petūt reſuat · ſicut ꝯtingē ſolet paruulis
q̇ ne in ſcolis vapulēt deū exorant · ſꝫ nō datur illis poſtula-
cionis effectus · quia impeditur talis audicio ad profectū. Nō
aliter q̇buſdā cōtingit electis. Depcant̄ em̄ deū ꝓ nōnullis
vite huius cōmodis uel aduſis · ꝓuidēcia vero diuina tpaliter
eoꝝ deſiderio minime ꝯſulit q̇a meliora illis ineternū ꝓmittit
Oracio p̄uatis locis oportunius fūdit̄ · magiſꝗ obtētū impe-
trat · dum deo tm̄ teſte depromit̄. Propriū aūt ypocritaꝝ eſt
offerre ſe ī orōne videntibꝫ · quoꝝ fructꝰ ē nō deo placē ſꝫ glo
riā ab hoībꝫ cōpare. Nō in multiloq̇o exaudiūtur hoīes a
deo quaſi plurimis eum verbis conentur inflectere. Neqꝫ em̄
conciliat eum multiplex orantis ſermo · ſed pura ſinceraꝗ o-
racionis intencio. Bonum eſt corde ſemper orare · bonū eciam
et ſono vocis deum ſpiritalibus ymnis glorificare. Nichil eſt
ſola voce canere ſine cordis intēcōe · ſꝫ ſicut ait ap̄lus cātātes

in cordibꝫ nr̄is hoc est nō solū voce ſꝫ ⁊ corde pſallētes vn̄ et alibi pſallā ſpiritu pſallā et mēte. Sicut oꝛonibꝫ regimur. ita pſalmoꝝ ſtudiis delectamur. Pſallēdi enī vtilitas triſtia corda ꝯſolat᷑. Graciores mētes facit faſtidioſos oblectat. mētes exuſcitat. peccatores ad lamenta inuitat. Nā q̄muis dura ſint carnaliū corda. ſtatim ut pſalmi dulcedo inſonueit ad effectū pietatis animū eoꝝ inflectit. Cū xpianū nō vocis modulacio. ſꝫ tm̄ vba diuina q̄ ibi dicūtur debeāt cōmouē. neſcio q̄ tn̄ pacto modulacione canētis maioꝛ naſcit᷑ ꝯpūctio cordis. Multi enī reperiūtur q̄ cantꝰ ſuauitate cōmoti ſua crimina plāgunt atq̧ ex ea parte magis flectunt᷑ ad lacrimas ex q̄ pſallētis inſonuerit dulcedo ſuauiſſima. Oracio in pn̄ti tm̄ vita ꝓ remedio pctoꝝ effundit᷑ pſalmoꝝ aūt decātacio ꝑpetuā dei laudē demōſtrat in gloriā ſempiternā. Sicut ſcriptū eſt. bt̄i q̄ habi tāt in domo tua dn̄e inſecula ſeculoꝝ laudabūt te. Cuius opis miniſteriū q̄cūq̧ fideliter intētaq̧ mēte exeq̄tur q̄dammodo angelis ſociat᷑

De lectione Caᵐ. viii.

Oracionibꝫ mūdam̄. lectionibꝫ inſtruam̄ vtrūq̧ bonū. ſi liceat ſi nō liceat meliꝰ ē oꝛare quā legē. Qui vult cū dō ſp̄ eē freq̄nt᷑ debꝫ oꝛare freq̄nt᷑ et legē. Nā cū oꝛamꝰ ipi cū deo loquimur cū vero legimꝰ deꝰ nobiſcū loquit᷑. Om̄is ꝓfectꝰ ex lectione ⁊ meditacione procedit. Que enī neſcimꝰ lectione diſcimus q̄ aūt didicimꝰ meditacionibꝫ ꝯſuamꝰ. Geminū cōfert donū lectio ſāctaꝝ ſcripturaꝝ. ſiue q̄a intellectū mentis erudit. ſeu q̄d a mūdi vanitatibꝫ abſtractū hominē ad amoꝛē dei ꝑducit. Excitati enī ſepe illiꝰ ſmone. ſbtrahim̄ a deſiderio vite mūdane. atq̧ accēſi in amore ſapiēcie tanto vana ſpes moꝛtalitatis huiꝰ nob̄ vileſcit. q̄nto ampliꝰ legēdo ſpes eterna clarueit. Geminū eſt lectōis ſtudiū p̄mū quō ſcripture intelligātur. ſcd̄m q̄ vtilitate uel dignitate dicātur. Erit enī antea q̄ſq̧ ꝓmptꝰ ad intelligēdū q̄ legit. ſequēter idoneus ad ꝓferēdū q̄ didicit. Lectoꝛ ſtrēnuus pocius ad agēdū q̄ legit q̄m ad ſciendū erit ꝓmtiſſimꝰ. Minoꝛ enī pena ē neſcire q̄d ap petas quā ea que noueris nō implere. Sicut legendo ſcire cōcupiſcimus. ſic ſciēdo recta q̄ didicimꝰ implere debemꝰ lex dei ⁊ p̄miū habꝫ ⁊ penā legētibꝫ eā. p̄miū hiis q̄ eā bn̄ viuēdo cuſto diūt. penā vero q̄ eā male viuēdo cōtemnūt. Om̄is q̄ a p̄ceptis

dei diſcedit ope· quociens eadem dei pcepta legere uel audi-
re potuerit· corde ſuo rephenſus cōfundit. qa id qd non agit
memorat· et teſte ↄſcīēcia īteri9 accuſat. Vn̄ et dauid ꝓpħta
depcatur dicēs. Tūc nō ↄfūdar dū reſpicio ī oīa mādata tua
Grauiter namqꝫ vnuſquiſqꝫ ↄfūdit qn̄ mādata dei uel legēdo ul
audiendo reſpicit· q̄ viuēdo cōtēnit. Corde eīn rephēditur dū
mādatoꝝ meditacione docet· qa non impleuit ope qꝫ diuina
didicit iuſſione

### ¶ De aſſiduitate legēdi ¶ Ca^m· ix·

NEmo poteſt ſenſū ſcripture ſācte cognoſcē· niſi legēdi
familiaritate ſicut eſt ſcriptū. Ama illā ⁊ exaltabit te
glorificaberis ab ea cū eam fueris amplexat9. Quāto
quiſqꝫ magis in ſacris eloquijs aſſidu9 fuerit· tāto ex eis vber-
iorem intelligēciam capit· ſicut terra q̄ quāto ampli9 extollit
tāto ampli9 fructificat. Ita qn̄to ampli9 ad quālibꝫ artē ho-
mo cōſcendit· tanto magis ad homīnē ars ipa deſcēdit ſicut
in lege ſcribit. Moyſes aſcēdit in mōtem ⁊ dn̄s deſcēdit. Vex
eſt de ocio ſpiritali qꝫ ille tm̄ ſecreta diuinoꝝ ſcrutat manda-
toꝝ· qui ab accione terrene cure reuocauerit aīm et ſedula fa-
miliaritate ſcripturis ſāctis inheſerit. Nam ſicut cec9 et vi-
dens poteſt quidē vterqꝫ ambulare· ſꝫ nō ↄſimili libertate. Dū
cecus pgens quo nō videt offēdit· vidēs vero offēdicula caue
at ⁊ quo ſit pgendū agnoſcat. Hic ⁊ q̄ nubilo terrene cure fu
ſcat ſi tēptet dei pſcrutari miſteria nō valet· qa caligine cura
rū nō videt. Qd ille tātūdē efficē valet q̄ ſeſe de exterioribus
ſeculi curis abſtrahit ⁊ totū ī ſcripturaꝝ meditacōe defigit.
Quidā hn̄t intelligēcie ingeniū· ſꝫ negligūt lcōis ſtudiū· et qꝫ
legēdo ſcire potuerūt negligēdo ↄtēnūt. Quidā vero amorem
ſciēdi hn̄t ſꝫ tarditate ſenſus ipediunt q̄ tn̄ aſſidua lcōne ca-
piūt qꝫ ingenioſi p deſidiā nō nouerūt. Ingenio tard9 ⁊ ſi nō p
naturā p aſſiduitatē tn̄ lcōis ingeniū augmētabit. Nā q̄muis
ſenſus ebetudo ſit· frequēs tn̄ lectio intelligēciā adhibꝫ. Hic
q̄ tard9 ē ad capiēdū· ꝓ intēcōe tn̄ boni ſtudij pmiū pcipit· ita
q̄ pſtitū ſibi ex dō ingeniū intelligēcie negligit· ↄdēnacōe re9
exiſtit· qa donū qd accipit deſpicit ⁊ p deſidiā derelinqt Quidā
di iudicio donū ſcīe qd negligūt accipiūt· ut duri9 de rebꝫ tra
ditis puniant. Tardiores aūt ideo qꝫ ſciē cupiūt difficult inue
niūt· ut ꝓ maxio exēcicio labois maxim pmiū habeāt retribucōis

¶ De doctrina ſine gracia ¶ Caᵐ. x.

Doctrina ſine adiuuāte gracia q̄muis īfūdat᷑ auribꝫ ad cor nūquam deſcēdit. Foris quidē pſtrepit. ſed interius nichil pficiat. Tūc aūt dei ſmo infuſus auribꝫ ad cordis intima puenit. qn̄ dei gr̄a mentē interi9 ut intelligat tangit. Sicut eñ q̄ſdā flāma caritatis ſue de9 illuminat ut vitaliter ſapiāt. ita q̄ſdā frigidos torpēteſqꝫ deſerit ut ſine ſenſu pſiſtāt. Pleriqꝫ acumine intelligēdi viuaces exiſtūt ſꝫ loquendi inopia anguſtant᷑. Quidā vero in vtriſqꝫ pollēt q̄a ⁊ ſciendi copiam ⁊ dicēdi efficaciā habēt ¶ De ſuperbis lectoribus

Pleriqꝫ ſciencia accepta ſcripturaꝝ. Caᵐ. xi.

nō ad dei gloriā. ſꝫ ad ſuā laudē vtunt᷑. dū ⁊ ipa ſciēcia extollunt᷑. et ibi peccāt vbi pcā mūdare debuerunt. Nunqꝫ ꝯſequunt᷑ legēdo pfectā ſciēciā arrogātes. Nā q̄muis ſapientes in ſupficie videātur. medullit9 tñ veritatis archana nō tāgūt q̄a ſupbie nube ꝑpediunt᷑. Semp eñ ſupbi legūt q̄rūt ⁊ nūq̄ inueniūt. Diuine legis penetralia humilibꝫ ⁊ bñ ad deū intrātibꝫ patēt ꝑuis aūt ſupbis claudūtur. Nā q̄muis diuina eloq̄a i lcōne arrogātibꝫ ſint apta. i miſterio tñ clauſa atqꝫ occulta ſūt. Dum ſmo dei fidelibꝫ luxit. reprobis aūt ac ſupbis q̄dāmodo tenebreſcit et vñ illi illumināt᷑ inde iſti cecant᷑.

¶ De carnalibus lectoribus et hereticis ¶ Caᵐ. xii

Nequaqꝫ legē intelligit q̄ carnaliter v̄ba legis pcurrit Sed is q̄ eā ſenſu interioris nitelligēcie pſpicit. Nā q̄ litterā legis intēdūt ei9 occulta penetrare nō poſſunt Multi eñ intelligēdo ſpiritaliter ſcripturas nec eas recte ſenciendo in hereſim deuoluti ſūt atqꝫ in multis erroribus defluxerūt In ſolis fidelibꝫ religata ē lex. teſtāte dño p ꝓphā3. Signa teſtimoniū. ſigna legē in diſcipulis meis. ne eā aut iudeus intelligat aut hereticus. q̄a nō ē xpi diſcipul9. Vnitatē q̄ppe pacis quā xps docuit nō ſequūtur. de q̄ idē dñs dicit. In hoc cognoſcūt oīes. q2 diſcipuli mei eſtis. ſi dilectionē inter vos habueritis. Scripturas heretici ſano ſenſu nō ſapiūt. ſed eas ad errorē ꝑue intelligēcie ducūt. neqꝫ ſemetipos eaꝝ ſenſibꝫ ſubdunt ſed eas pūſe ad errorē ꝓpriū ptrahunt. Doctores erroꝝ ꝑuis pſuaſionibus ita p argumēta fraudulēcie illigāt auditores ut eos quaſi inlaborintū implicēt a quo exire vix valent.

Tanta ē hereticoꝝ calliditas ut falſa veris malaq̀ȝ bonis ꝑ-
miſceāt. Salutaribuſq̀ȝ rebꝫ pleꝝq̀ȝ erroris ſui vir⁹ interſerāt
quo facili⁹ poſſint ꝑuitate ꝑūſi dogm̄tis ſb ſpecie ꝑſuadere vͤri-
tatis. Pleꝝq̀ȝ ſub noīe catholicoꝝ doctoꝝ heretici ſua dicta
ꝯſcribūt ut indubitāter lecta credātur. Nōnūq̀ȝ eciā blaſphe
mias ſuas latēti dolo in libris nr̄oꝝ inſerūt. Doctrinā q̀ȝ verā
adulterādo corrumpūt ſcȝ uel adiciēdo q̄ impia ſūt uel auferē-
do q̄ pia ſūt. Cauta meditāda cautoq̀ȝ ſenſu ꝓbanda ſunt q̄ le-
gunt᷑ ut iuxta apoſtolica monita teneam⁹ q̄ recta ſūt. et refu
tem⁹ q̄ ꝯtraria veritati exiſtūt ſicq̀ȝ ī bonis inſtruamur ut a ma
lis illeſi ꝑmaneam⁹ ¶ De libris gentilium ¶ Caᵐ. xiij.

Poete ideo in libris ſuis venerem impudicam martem
q̀ȝ adulteꝝ deū appellare voluerūt. ut perſuaderēt mē
tes hominū q̄i de⁹ imitari malū. ut dū libidinoſa per-
ſuaſione ad intēciōnē eoꝝ flagicia ꝯſiderēt cōmittūt. non q̄i
hoīes ꝑditos. ſȝ q̄ſi celeſtes deos imitari videātur. Ideo ꝓhi-
bet᷑ xp̄anis figmēta legē poetaꝝ. q̄a ꝑ oblectamēta inaniū fa
bulaꝝ mētē excitāt ad incētiua libidinū. Nō eīm ſolū thura of
ferēdo demonibꝫ immolat᷑. ſed eciā eoꝝ dicta libencius capien
do. Quidam plus meditari delectantur gentiliū dicta ꝓpter
tumentem et ornatum ſermonem quā ſcripturā ſanctā ꝓpter
eloquium humile. Sed quid ꝓdeſt in mundanis doctrinis ꝓ-
ficere et maneſcere in diuinis. caduca ſequi figmenta. ⁊ ad ce
leſtia faſtidire miſteria. cauendi ſunt igitur tales libri ⁊ pro-
pter amorē ſāctaꝝ ſcripturaꝝ vitādi. Gētiliū dicta exterius
verboꝝ eloquencia nitent interius vacua virtutis ſapiencia
manēt. Eloquia aūt ſacra exterius incompta verbis apparēt
intrinſecus aūt miſterioꝝ ſapiencia fulgent. Vnde ⁊ apoſto-
lus habem⁹ inq̄t theſauꝝ iſtum in vaſis fictilibꝫ. Sermo quip
pe dei occultū habet fulgorem ſapiēcie et veritatis repoſitū
in verboꝝ viliſſimis vaſculis. Ideo libri ſācti ſimplici ſmone
conſcripti ſūt. ut non in ſapiencia verbi ſȝ in oſtenſione ſpiri-
tus homines ad fidem perducerentur. Nam ſi dyaletica acu-
minis verſucia. aut rethorice artis loquencia editi eſſent. ne
quaq̀ȝ putaret᷑ fides xp̄i in dei virtute ſed in eloquēcie huma-
ne argumētis conſiſtere. nec quicq̀ȝ crederem⁹ ad fidem diui
no inſpiramine prouocari ſed pocius v̄boꝝ calliditate ſeduci

Omnis ſecularis doctrina ſpumātibus verbis reſonans · ac ſe p̄
eloquēcie tumorem attollens p̄ doctrinā ſimplicē et humilem
xpi euacuata eſt ſicut ſcriptū eſt. Nonne ſtultā facit deꝰ ſapi
enciā huiꝰ mūdi. Faſtidioſis atq̄ loq̄cibꝫ ſcripture ſācte minꝰ
ꝓpter ſmonē ſimplicē placet. Gentili em̄ eloquēcie cōpata · vi
det illis indigna. Quod ſi animo humili miſteria eiꝰ intēdāt
confeſtim adūtūt q̄ntū excelſa ſūt · q̄ in illis deſpiciūt. In le
ctione nō v̄ba ſꝫ veritas eſt amanda. Sepe aūt repitur ſimpli
citas veridica ⁊ cōpoſita falſitas q̄ hominē ſuis erroribꝫ illicit
et p̄ lingue ornamēta laq̄os dulces aſpergit. Nichil aliud a-
git amor mūdane ſciēcie · niſi extolere laudibꝫ hominē. Nā q̄n-
to maiora fuerint litteratoria ſtudia tanto animꝰ arrogancie
faſtu inflatꝰ · maiꝰ intumeſcit iactācia. Vn̄ ⁊ bene pſalmꝰ ait
Quia non cognoui litteraturā introibo inpotēcias dn̄i. Sim-
plicioribꝫ litteris nō ē ꝓponēdus fucus ḡmatice artis. Melio-
res em̄ ſūt cōmunes littere q̄a ſimpliciores ⁊ ad ſolā humilita
tem legēciū ptinētes · ille vero neq̄ores q̄a ingerūt hominibꝫ
pniciosā mētis elacionē. Meliores eē gramaticos q̄m hereti-
cos. heretici em̄ hauſtū letiferi fuci hominibꝫ pſuadēdo ꝓpināt ·
ḡmaticoꝝ aūt doctrina poteſt eciā ꝓficere ad vitā dū fuerit in
meliores uſus aſſumpta

## ¶ De collacione ¶ Cam · xiiii

Cum ſit vtilis ad inſtruēdum lectio · adhibita aūt col
lacione maiorem intelligēciā pbet. Meliꝰ eſt em̄ con-
ferre q̄m legē. Collacio docibilitatē facit. Nam ꝓpo-
ſitis interrogacionibꝫ cūctacio reꝝ excludit ⁊ ſepe obiectio-
nibꝫ latēs veritas approbat. Quod em̄ obſcuꝝ ē aut dubiū · cō
ferēdo cito pſpicit. Multū pſūt in collacione figure. Res em̄
que minꝰ p̄ ſe adūtūtur · p̄ cōpacionē reꝝ facile capiūtur Nam
ſepe ſub ſpecie tali ſpiritales cauſas ſcripture diuine inſinuāt
et niſi p̄ aliq̄m euidētē oſtēſionē vix apparet occulta legis mi-
ſteria. Sicut inſtruere ſolet collacio · ita cōtēcio deſtruit. Hec
em̄ relicto ſenſu veritatis lites generat · ⁊ pugnādo v̄bis eciā
in deū blaſphemiā ingerit. Inde hereſes ⁊ ſciſmata quibꝫ ſub-
ūtitur fides · veritas corrūpit · ſcindit caritas. Cōtencioſorū
ſtudiū nō ꝓ veitate · ſꝫ p̄ appetitu laudis certatur · tātaq̄ ē in
hijs peruerſitas ut veritati cedē neſciant · ipamq̄ rectā doctri-
nam euacuare cōtendāt. In diſputacione fideliū cauenda eſt

ꝓpoſicionū artificioſa ſbtilitas · q̄ callidis obiectōibꝫ retia tē dit. Ita eñ ꝯſutis aſſercōibꝫ ꝑuoꝝ diſputacio innodat̃ · ut re cta eē ſimulēt q̄ ꝑuerſa pſuadēt · lectio memorie auxilio eget Qđ ſi fuerit naturaliter tardior · frequēti tñ meditacōe acuit̃ ac legēdi aſſiduitate colligit̃. Sepe ꝓlixa lectio longitudīnis cauſa memoriā legētis obliterat · qđ ſi breuis ſit ſub motoq̈ li bro ſentēcia retractet̃ in aīo · tūc ſine labore legit̃ · et ea q̄ lca ſūt recolēda a memoria minime excidūt. Acceptabilior ē ſen ſibꝫ lectio tacita q̄m apta. Amplius eñ intellectus inſtruit̃ qñ vox legētis quieſcit · et ſubſilēcio lingua mouet̃ · Nam clare le gendo et corpus laſſat̃ et vocis acumen obtunditur.

¶ De contemplacione et actione ¶ Ca^m · xv ·

Actiua vita innocencia eſt operum bonoꝝ · cotemplati ua ſpeculacio ſupernoꝝ. Illa cōmunis multoꝝ eſt iſta vero paucoꝝ. Actiua vita mundanis rebus bene vti tur · cotēplatiua vero mūdo renūcians · ſoli deo viuere dele ctatur. Qui prius in actiua vita ꝓficit. Ad cōtemplacionem bene cōſcendit. Merito eñ in iſta ſuſtollitur · quia ī illa vtilis inuenitur. Quicunq̈ adhuc temporalē gloriā aut carnalē af fectat cōcupiſcēciā · a ꝯtēplacōe ꝓhibet̃ · ut poſitus in actiua lis vite opacione purgetur. In iſta eñ ꝑus p exerciciū boni opis cūcta exhaurienda ſūt vicia · ut in illa iam pura mentis acie ad cōtemplādū deū quiſq̈ ptrāſeat. Et licet ꝯuerſus ſta tim ad ꝯtēplacionē ꝯſcendere cupiat. tamen racione cogitur ut ꝑus in actiue vite opacione verſet̃. Exemplū eñ actiue vi te de iacob ſume qui dum ad rachel hoc eſt ad viſum pn̄cipium deſtinaret q̄ cōtēplacionē ſignificat. Lia illi hoc eſt laborioſa vita ſuppōitur q̄ actiuā demonſtrat. Sicut ſepultus ab oīm negocio terreno priuatur · ita ꝛ ꝯtēplacioni vacās ab oīm oc cupacione actuali aūtitur. Et ſic ab actuali vita ꝯſcendētes in ꝯtēplacōis quiete ſepeliunt̃ · ita ab actione ſeculi receden tes eos vita actiua in ſe quaſi ſepeliendo ſuſcipit ac p hoc vite mundane actiua vita · et vite actiue cōtemplatiua ſepulchꝝ eſt. Viri ſancti ſicut a ſecreto cōtemplacionis egrediuntur ad publicum actionis · ita rurſus ab actionis manifeſto ad ſe cretum contemplacionis intime reuertuntur ut intus deum laudent vbi acceperunt vnde foris ad eius gloriam operant̃.

Sicut aquile moris eſt ſemꝑ oculū in radiū ſolis infigere nec de
flectere niſi eſce ſolius obtētu· ita et ſācti a ɔtēplacione ad a
ctualem vitā interdū reflectūtur ɔſiderātes illa ſūma ſic eſſe
vtilia· ut tñ iſta humilia ſint paululum noſtre indigencie ne
ceſſaria : In actiue vite genere humana intencio ꝑſeuerāter
incedit· in cōtēplacione aūt ſeſe ꝑ interualla reſumit q̄a diut̄
nitate contēplandi laſſat̄· Viſio animaliū in ezechiele· q̄ ibāt
et nō reuertebātur· ꝑtinēt ad vite actiue ꝑſeuerācīā· et iteꝝ ea
animalia q̄ ibant et reuertebātur ꝑtinēt ad cōtēplatiue vite
menſurā· in qua dum quiſqꝫ intendeit ſua reuerberat᷒ infirmi
tate reflectitur atqꝫ iteꝝ renouata intēcione ad ea· vnde de
ſcenderat rurſus erigit̄ qd̄ fieri in actiua vita nō poteſt· de q̄
ſi quiſqꝫ reflectat uel ad mōicū ſtatim viciorꝝ excipit̄ luxu· O
culum dextꝝ ſcandalizātem quē euelli dñs p̄cepit· vita cōtem
platiua eſt· Duo oculi in facie actiua vita ⁊ cōtemplatiua eſt
in homine. Qui igit̄ ꝑ contemplacionē docet errorē· meli᷒ eſt
ſi euellat ɔtēplacionis oculū· ſuans ſibi vnū vite actualis ob
tutū· ut ſit vtilius illi ꝑ ſimplicē actionē ire ad vitā q̄m ꝑ cō
templacionis errorē mitti in gehennā· Sepe mens ad ſumma
ab imis erigit̄ et ſepe a ſummis ad infima pondere carnis incli
nata reflectit̄· Multos dš ex carnalibꝫ ſua grā viſitat ⁊ ad cō
templacionis faſtigiū eleuat· multoſqꝫ a ɔtēplacione iuſto iu
dicio deſerit· ⁊ lapſos in terrenis opibꝫ derelinquit

De cōtemptoribꝫ mundi Caᵐ· xvi·

EA que ſeculi amatoribꝫ cara ſūt ſācti velut adūſa re
fugiūt· pluſqꝫ adūſitatibꝫ mūdi gaudēt q̄m ꝓſperita
tibꝫ delectētur. Alienos eē a deo q̄bꝫ h̄ ſeculū ad om̄e
cōmodū ꝓſperat̄ Seruis aūt dei cūcta huius mūdi ɔtraria ſūt
ut dum iſta adūſa ſenciūt ad celeſte deſideriū ardēci᷒ excitē
tur· Magna apud deū refulget grā q̄ huic mūdo cōtēptibilis
fuerit· Illā reuera neceſſe ē· quē mūd᷒ odit diligat̄ a deo. San
ctos viros i h̄ ſeculo legim᷒ ꝑegrinos eē ⁊ hoſpites. Vñ ⁊ re
ꝑhendit̄ petr᷒ ꝙ tabernaculū in mōte fieri cogitauit· q̄a ſan
ctis i h̄ mūdo tabernaculū nō ē· quibꝫ patria ⁊ dom᷒ in celo eſt
Sancti viri ideo ɔtemnere cupiūt mūdū ⁊ motū mentis ad ſu
perna reuocare ut ibi ſe recolligāt vnde defluxerūt· et inde ſe
ſubtrahāt vbi diſperſi ſūt· Iuſti q̄ rebus honoribuſqꝫ ac vite

blandimētis renūciāt · ꝓinde ſe ab omī terrena poſſeſſione mortificāt ut deo viuāt · ideoq̄ꝫ ſeculi hui9 blādicias calcāt ut validiores ad vitā illā de huius vite mortificacione cōſurgant. ¶ Cuncta quippe temporalia quaſi herbe virētes areſcūt ideoq̄ꝫ et pro eternis reb9 q̄ nūq̄ꝫ areſcunt · recte iſta dei ſeruus contemnit · q̄a in eis ſtabilitatē nō aſpicit. Qui poſt renūciacionem mūdi ad supernā patriā ſāctis deſiderijs inhiat ab hac terrena intēcione q̄ſi quibuſdam pennis ſubleuat9 erigit᷑ · ⁊ ī quo lapſus erat ꝑ gemitū ꝯſpiciat · ⁊ vbi ꝑueñit tñ gaudio magno intendit. Qui vero a cōtemplacōis requie ꝯflexus in curis huius ſeculi incedit · ſi ad memoriā ſui reuētat ꝓtin9 ingemiſcit. quātūq̄ꝫ fuerint tranq̄lla q̄ ꝑdidit ⁊ q̄m ꝯfuſa ſint in quib9 cecidit ex ip̄a laboris ſui difficultate cognoſcit. Quid eñ ī hac vita laborioſi9 q̄m terrenis deſiderijs eſtuare · aut q̄d hic ſecurius quā hui9 ſeculi nichil appetē. Qui eñ hūc mūdū diligūt turbulētis ei9 curis ⁊ ſollicitudinib9 ꝯturbātur. Qui aūt eū odiūt nec ſequūtur interne q̄etis trāq̄llitate fruētes · future pacis req̄em quā illic expectāt hic q̄dammodo hr̄e iā inchoāt

¶ De ſanctis qui ſe a ꝯſorcio ſeculi ſeperāt ¶ Ca^m · xvij ·

Sancti viri funditus ſeculo renūciātes · ita huic mūdo moriuntur ut ſoli deo viuere delectētur · q̄nto q̄ꝫ ab huius ſeculi ꝯuerſacione ſe ſubtrahūt · tanto interne mentis acie preſenciam dei et angelice ſocietatis frequenciam ꝯtēplant. Malorꝫ tā ꝑua ſūt op̄a manifeſta · ut hñ q̄ ſupnā patriā deſiderāt nō ſolū mores eorꝫ ſꝫ et ꝯſorcia fugiāt. Quidā eciā corporaliter ſeparari deſiderāt ab iniq̄s ut eorꝫ nō inuolātur delictis. Nonulli ⁊ ſi nō corporali diſceſſu · ſpiritali tamē ab eis intēcōe recedūt · q̄ et ſi cōmunes ſūt ꝯūſacione diſcreti tñ ſūt corde uel op̄e · et licet ſepe in medio carnaliū vitā deus ꝓtegat electorꝫ · tñ ſatis rarꝫ eſt ut quiſq̄ꝫ inter ſeculi volupta tes poſit9 a vicijs maneat illibat9 · in q̄b9 ⁊ ſi nō cito implicat᷑ aliq̄n tñ attrahit᷑. Neq̄ꝫ eñ diu tut9 eē poterit · q̄ piculo ꝓximus fueit. Vita ſine offēdiculo vita monachi ſine cupiditatiſ ⁊ timoīs impedimēto Dū eñ q̄ſq̄ꝫ a ꝯſorcio mūdi abſtrahit᷑ nec cupiditas eū obligat ꝯſenciētē nec cruciat ſenciētē Bonū ē corpalit᷑ remotū eē a mūdo · ſꝫ multo ē meli9 voluntate vtrūq̄ꝫ vero ꝑfcē. Ille ḡ ꝑfect9 ē q̄ huic ſeculo et corpe et corde diſcret9 ē.

Onager ut ait iob. ɔtemnit ciuitatē ⁊ monach9 cōmunē ſe-
culariū ciuiū ɔūſacionē. Nō adūſa vite nr̄e appetūt pſpera cō
temnūt ut dū ab eis hec vita deſpicit̄ futura inueniatur.

¶ De pceptis alcioribꝫ monachoꝝ ¶ Ca^m. xviii

Alia ſūt pcepta q̄ dant̄ fidelibꝫ cōmunē vitā in ſeculo agentibꝫ. atq̧ alia ſeculo huic renūciātibꝫ Illis eni͂ dicit̄ ut ſua oīa bn̄ gerāt. iſtis ut ſua oīa derelinq̄nt. Illi pceptis generalibꝫ aſtringūtur. Iſti pcepta gn̄alia pfectius viuēdo trāſcēdūt. Ad pfectū nō ſuffiat niſi abnegatis oīnibꝫ ſuis eciā ſeipm quiſq̧ abneget. Sed q̄d eſt ſeipm abnegare niſi voluptatibꝫ ꝓpriis renūciare. Ut q̄ ſupbus erat ſit humilis qui iracūdus eē ſtudeat māſuet9. Nam ſi ita quiſq̧ renunciet que poſſidet oīnibꝫ. ut ſuis nō renūciet moribꝫ. nō eſt xp̄i diſcipul9. Qui eni͂ renūciat moribꝫ p̄uis ſemetipm ſcꝫ abnegat. Vn̄ et dn̄s. Qui vult inq̄t poſt me venire abneget ſemetipm

¶ De intencione monachoꝝ ¶ Ca^m. xix.

Qui nō rigida intencione monachi pfeſſionē ſectātur. q̄nto ſupni amoris ꝓpoſitū diſſolute appetūt tāto pcliuius ad mūdi amorē denuo reducūtur. Nā pfeſſio nō pfecta p̄ntis vite repetit deſideria. inquibꝫ ⁊ ſi nō dū ſe monachus alliget ope iam tn̄ alligat cogitacōes amore. longe q̄ppe a deo eſt anim9 cui hec adhuc vita eſt dulcis. Ita eni͂ quid de ſupnis appetat q̄d de infimis fugiat neſcit. Nā ſicut ſcriptū eſt q̄ apponit ſciēciā apponit ⁊ dolorē. Q̄ntū eni͂ quiſq̧ potuerit ſupna ſcire q̄ appetat. tn̄ de infimis acrius q̄bus inheret dolere debet. Propter hoc eni͂ ⁊ iacobꝫ aplus dicit. Miſeri eſtote lugete ⁊ plorate riſus veſter inluctū ɔūtet̄ ⁊ gaudiū in merorem. Hinc eciā dn̄s. beati inq̄t q̄ lugēt qn̄ ipi ɔſolabūtur. Et rurſū ve vobis q̄ ridetis. qn̄ flebitis. Qui ad hoc ɔuerſionem ſc̄titatis p̄tēdit. ut aliis q̄nq̧ p̄eſſe deſideret. iſte non diſcipulus xp̄i ſꝫ prauitatis ſectator exiſtit. q̄a nō ꝓ deo ſꝫ ꝓ ſeculi honore portare ſtudet crucis xp̄i laborē.

¶ De humilitate monachi uel opere ¶ Ca^m. xx.

Summa virtus monachi humilitas. ſummum vicium ei9 ſupbia ē. Tunc aūt ſe quiſq̧ monachū iudicet qn̄ ſe minimū exiſtimauerit eciā cū maiora v̄tutū opa geſſerit Qui mūdū deſerūt et tn̄ v̄tutes p̄ceptoꝝ ſine cordī hūilitate

ſequunt᷑ iſti q̄i de excelſo grauius corruūt· q̄a deteri⁹ ꝑ v̄tutū
elacionē deiciunt᷑ q̄m ꝑ vicia ꝓlabi potuerūt. Omīs dei ſeruuſ
de ſuis meritis nō debet attolli dum poſſe videat· et de infe-
rioribꝫ ſibi placiores alios fieri. Nouerit aūt omnis ſanct⁹ al
teri⁹ ſe non ꝑponere ſanctitati. Semp̄ cōſciencia ſerui dei hu-
milis eē debet et triſtis·ſcꝫ ut ꝑ hūilitatē nō ſupbiat· ꝛ ꝑ vti-
lem merorē cor ad laſciuiā nō diſſoluat dei ſeru⁹ dum bonum
aliqđ opus agit· vtꝝ ei ad boni remuneracionē ꝑtineat q̄ fa-
cit incert⁹ ē· ne forte diſcuſſione celeſtis iudicis reus penſet᷑·
et in hijs q̄ dei ſūt negligēter aut ſupbe aliqđ opaſſe inuenia-
tur ideoqꝫ ꝑ h̄ ipm triſtis merēſqꝫ efficiat᷑ atqꝫ indeſinēter turba
tur reminiſcēs ꝓculdubio ſcriptū eē · maledict⁹ q̄ facit opus
dn̄i negligēter. Nā veraciter cōdēpnamur ſi ꝑ torporē ea q̄ bōa
ſūt agim⁹. Dei ſuū ſine intermiſſione legē orare ꝛ opari opor
tet· ne forte mentē ocio deditā ſpirit⁹ fornicacōis ſubripiat.
Cedit eīn labori voluptas· animū aūt vacantē cito ꝑoccupat
Contuere ſalomonē ꝑ ociū multis fornicacōibꝫ inuolutū· et ꝑ
fornicacionis viciū uſqꝫ in ydolatriam lapſum.

De monachis q̄ curis ſeculi occupantur Cam ·xxi·

Hñ q̄ ꝓ dei timore ſeculo renūciāt et tn̄ curis reꝝ fami-
liariū implicātur· qn̄to ſe reꝝ ſtudijs occupāt· tāto a
caritate diuina ſe ſepant q̄ ſimul ꝛ terrenis parē curis
ꝛ diuīs exercē ſtudēt· vtꝝqꝫ cōplectē ſimul nō valēt. Nā duaſ
curas pariter ineſſe pectori hūano nō poſſe ꝛ duobꝫ ſuiētē dn̄is
vtriſqꝫ placē difficile eē. Niſi ꝑus a ſecrecioribꝫ cordis expel-
lat᷑ importuna ſeculariū multitudo curaꝝ. Aīa q̄ intrinſec⁹ ia-
cet nequaq̄ꝫ reſurget. Nā dū ſe ꝑ innumeras ſeculi cogitacōeſ
aſpgit ad cōſideracōeꝫ ſui ſe nullaten⁹ colligit. Arguit᷑ eoꝝ te
por q̄ dō vacare volētes ꝛ mūdo renūciāt ꝛ curas ꝓprias aſper
nant᷑· ſꝫ dū ꝓpīquoꝝ vtilitates ꝓcurāt a dī amore ſe ſepant. Vir
ſpūalis ita ꝓdeſſe debꝫ ſue ꝓpīqtati ut dū illis grāꝫ carnis ꝑ-
ſtare ſtudet· ipe a ſpiritali ꝓpoſito nequaq̄ꝫ declinet. Multi eīn
monachoꝝ amore parentū nō ſolū terrenis curis ſꝫ eciā forenſibꝫ
iurgijs inuoluunt᷑· ꝓ ſuoꝝ tpali ſalute ſuas aīas pdūt. Inter-
dum ordinata diſcrecio ē dū negat᷑ ꝓximo qđ ꝑſtat᷑ extraneo·
ut noueris nō ꝓhiberi pietatis officiū ſꝫ negari carnālitatis af
fectū. Proximis eīn carnaliter ꝑſtat᷑· qđ extraneis pie impēdit᷑.

Sicut noſtra nobis nō odiēda ē anima ſʒ ei9 carnales affect9
odio habere debem9 ita nec parētes odio a nobis habēdi ſūt.
ſed eoꝝ impedimēta q̄ nos ab itinē recto ꝓpediūt. dū tn̄ dn̄s
ita p̄apit nobis parētes odire ſicut ꝛ animas nr̄as. Figuram
ſanctoꝝ viroꝝ renūcianciū ſeculo vaccas deſignaſſe allofilo-
rū archā dī geſtātes Nā ſicut ille pignoꝝ affectib9 a recto iti
nere minime digreſſe ſūt. ꝛ vir ſāct9 mūdo renūciās pntele ob
tentu nō debet a bono impedire propoſito

¶ De hiis qui adeo mundi amore ꝓpediunt̄ ¶ Ca^m. xxii.

Multi cupiūt cōuolare ad grāz dei. ſʒ timēt carere oble
ctamēta mūdi. Prouocat q̄dem eos amor xpi. ſʒ reuo-
cat cupiditas ſeculi. Qui proinde obliuiſcūtur voti.
q꜡ capiunt̄ illecebri vanitate Quecūqꜫ mēs ꝓcellis mūdi hui9
inuolueris lignū cōſcende crucis. ut amari ideſt tēpeſtate hu-
ius ſeculi liberis. Nā null9 te a lacu mortis humane ſaluabit
niſi xp̄s eruerit. Qui ſeculo renūciare diſpoſuit trāſgreſſionis
reatu aſtringit̄. ſi votū mutauerit. Atrociter eīn indiſcuſſio-
ne diuini iudicii arguendi ſunt. q̄ qd̄ ꝓfeſſione ſpopōderant.
implere ope ꝯtēpſerūt. Mirabiliter ꝯpat̄ ſimilitudo a volupta
tib9 mūdi conāti redire ad deū retinētib9 eū cupiditatib9 ſe-
culi. ꝛ ei q̄ dormitat ꝛ ſurgē conat̄ ꝛ ſopore ſomni dep̄mit̄. Il-
le eīn ad bonū nouit redire ꝛ voluptatū faſcib9 nō ſinitur. iſte
meli9 elegit vigilare ſʒ ſopore corporis tenet̄. A bono indete
rius lapſos ſup̄ carbones frigidos fieri nigriores. q̄a p torpo-
rem mētis ab igne caritatis dei extincti ſūt. ꝛ p mūdi appeti-
tum a luce ſupne illumiacōis p̄uati nigredine pc̄tōꝝ fuſcātur
Quidā intēcōez bone opacōis metu extingūt inopie. nec pmit
tunt̄ infirma mēte deſiderata pficē. Et cū indigē in mūdo me-
tuūt a gl̄a ſupna ſemetipos abſcindūt. Multis ꝯſilioꝝ argu-
mētis inſidiat̄ eis diabol9 i acq̄rēdo plurima. q̄ in paucis ꝛ mo
dicis nouerāt eē ꝯtēti. Opponit igit̄ in eoꝝ mētes futuras fili
orū egeſtates. pſuadet hr̄e plura vn̄ ſibi egenuſqꜫ ſufficiat. q̄-
ten9 hiis blādimītis intēcōez bone deuocōis ſubūtat. atqꜫ in-
terrenis lucris deceptā mētē reducat. Multis argumētis in
ſidiat̄ diabol9 eis q̄ renūciāt ſeculo ut ei9 ſe iteꝝ amori ſbſter-
nāt. Grauī9 aūt illos incōcupiſcēciis ſeculi ferit. q̄s poſt renū
ciacionē ad mūdi amorē reduxerit. Et maxime p cenodoxiam

ſubicit ſibi diabol9 monachū ut quē p ſeculi amorē retinē non
potuit ab hūilitatis culmīe ſbtrahat. ⁊ ſupbie tumore ſibi ſb-
ditū faciat. Dei ſuus ſemp fallētis diaboli puidere debet īſi-
dias. ⁊ magis ī bonis opib⁊ cordis debet adhibere cautelā. ne
per vanā gloriā pdat ſemetipm ac peat. cūctaq; bona amittat
q̄ recta agēdo obtinuerat ¶ De Jactancia ¶ Ca^m. xxiiij.

Tam ī factis q̄m ī dictis cauēda ē iactācia flenda eſt
anime ruīa ſibi quē magis quā deo placere. ⁊ laudem
ab hoīb⁊ cōparare. Vanus ⁊ erroris ē anim9 ple-
nus. famā appetere. ⁊ ad capiēdā terrenā laudem ſtudiū dare.
Circūſpice temetipm homo. nichil q; tibi arroges de bōis q̄ ī
te ſūt pter peccatū. Nō declinat ad dexterā. q nō ſibi ſ; dō tri
buit bōa q̄ agit. neq; ad ſiniſtrā ſe vtit q de diuīa indulgēcia
peccādi licēciam nō pſumit. Hoc eſt qd pheta ait. Hec via
ambulate ī ea neq; ad dexterā neq; ad ſiniſtrā. Rex eſt q; natu
ra expetit delectari ī laudib⁊. ſ; tūc recte ſi ī deo nō ī ſe qſq;
laudet' ſicut ſcriptum eſt. In dn̄o laudabit' anima mea. Sepe
vanā gloriā ɔtemnēdo. ī aliud gen9 elacionis incidit' dum ī
ſe quiſq; gloriat' p eo q; ɔtemnat ab hoīb⁊ laudē. Quibuſ-
dam ɔceſſum eſt tātūdē bn̄ agē et fructū boni opis nō hr̄e q;
ipi ſibi ɔferūt p ſtudiū humane iactācie. Semp ſuā aſpiciant
feditatē q vane glorie fauores diligūt ⁊ pdidiſſe bonum op9
doleāt qd pro humana oſtētacione fecerūt. Amator vane glo
rie vn̄ poſſit ſemp laudari agē nō quieſcit. et ſbinde illi vires
vanitatis. puus appetit9 auget. Boni opis inchoacio nō deb;
acius palam ad hoīm cognicionē venire ne dum boni incho
acio humanis oculis reſeratur. a vtute pfectōis maneſcat ī
tēcio ſāctitatis. Ante maturitatis eni tēpus meſſes florētes
cito pereūt. germīa q; inutilia fiunt. Virtutes ſāctoꝝ pro oſtē-
tacionis appetitu dominio demonū inmūdoꝝ ſbiciunt'. ſic eze-
chias rex q diuicias ſuas chaldeis p iactāciā pdidit. et pter-
ea picturas p phām audiuit. ut ſignificaret dei ſuū virtutes
ſuas dū vane gl'e ſtudio pdidit. ⁊ ſtatim demones ſuoꝝ opeꝝ
dn̄os facē. ſic ille p oſtētacōez chaldeos reꝝ ſuaꝝ dn̄os fecit.
Optima ē illa diſcrecō. ut ⁊ nota ſint opa nr̄a ad dī augēdam
glaz. ⁊ occlta p elacōe vitāda hūana. Ille aūt deb; publicare
bonū qd agit. q pfc̄a hūilitate fūdat9. nulla iā elacōe ɔtingit'.

Nā is q̄ ſe intelligit adhuc amore laudis pulſari facta bona in occulta agat. ne forte qđ egerit pdat. Interdū viri ſācti dū cupiūt fūdit⁹ ſuā mutabilitatē corrigē. aliqnto tumore tāgūtur elacōis ſue oſcī actōne iuſticie. ſȝ ab hui⁹ ſtrepcōis malo hūilitatis ɔpūctōne purgātur. Viri ſancti nō nūq̄ q̄ſdā de ſe audiētes inſtruūt. ⁊ tñ in hiis alta ſe ɔſideracōe cuſtodiūt. ne dū alios a terrena itēcione erigūt. ipi in terrene laudis appetitu dimergātur. Quidā p incautā ꝟtutū iactāciā relabūtur ad vicia ⁊ qdam dū viciorꝫ impulſū frequēter plāgūt de ipa infirmitate p̄ hūilitatē validius ɔualeſcūt. Plerūq̄ vtile ē arrogātibꝫ deſeri a deo. q̄ten⁹ ſue infirmitatis oſcī ad humilitatē redeāt ⁊ hūiles poſt caſū exiſtāt. Nonulli falſa opinione arrogācie ſe eē pfectos exiſtimāt dū nō ſint. q̄a obortis tēptacionibꝫ innoteſcūt. Tāto quiſq̄ fit veritati vicinior q̄nto ſe eē longi⁹ ab ea fueit arbitrat⁹. hoc em̄ hūilitatis eſt q̄ deo homine iūgit. ceterū iactācia oculos quibꝫ de⁹ videri poterat claudit. Sicut ſolis radi⁹ dū ɔſpicit̄ acies oculi hebetant̄. ſic et q̄ inmoderate alciora ſe ſcrutat̄. ab intēcione veri obtūdit̄. Sicut aq̄la exalto ad eſcas collabit̄. ſic homo de alto bone ɔūſacōnis p carnalē appetitū ad inferiora demergit̄ ¶ De ypocriſi

¶ Cāᵐ. xxiiij.

Ypocrita ꝟba ſāctorꝫ habȝ. vitā nō habȝ et quos p ſmonē doctrine genuerit nō fouet exēplis ſȝ deſerit q̄a quos ꝟbo edificat vita et moribꝫ deſtruit. Ypocrite ſimulatores dicūtur q̄ iuſti nō eē querūt ſȝ tñ videri cupiūt. Nā mala agūt. ⁊ bona ꝓfitētur. p oſtētacōeȝ q̄ppe boni apparēt. p actionē vero mali exiſtūt. Omnia poſſunt a ſimplicibꝫ vicia ꝑpetrari. ſimulacio vero ⁊ ypocriſis nō cōmittit̄ niſi a male aſtutis p calliditatē valētibꝫ vicia ſub ſpecie ꝟtutū celare ⁊ nō verā ſāctitatē obicē. Sancti nō ſolū gloriā ſup̄ modū ſuū omnino nō appetūt ſȝ eciā ħ ipm videri refugiūt q̄ eē meruerunt. Ypocrite aūt malicie ſue occulta tegētes ante oculos hoīm q̄dā innocēcie ſāctitate ſe veſtiūt ut venerentur. Quibus bene diuina voce dicit̄. ve vobis ypocrite q̄a ſimilis facti eſtis ſepulchris de albatis. q̄ foris quidā apparēt hoībꝫ ſpecioſa. intus vero plena ſūt oſſibꝫ mortuorꝫ. ita ⁊ vos foris q̄dē apparetis hoībꝫ iuſti. intus vero pleni eſtis auariciarꝫ iniq̄tate. Dupliciter damnant̄ ypocrite ſiue pro occulta iniq̄tate

ſiue pro aperta ſimulacione. Ex illo eñ condemnantur q̄ in-
iqui ſūt. ex iſto q̄ oſtēdūt qđ nō ſūt. Nō ſp̄ latēt ypocrite nā
etſi inprĩcipio ſui q̄dā nō pateāt. ꝓus tñ quā vita eoꝝ finiat̄ q̄
ſitate vixerint detegunt̄. Omne eñ veꝝ vel iuſtū ſinceꝝ pma-
net. Nam q̄ ſimulata ſūt diuturna eē nō poſſunt. Non eoꝝ de
ſperāda eſt ſal9. q̄ ad huc aliq̄d terrenū ſapiūt dū poſſunt ꝛ in
occultis agūt vñ iuſtificent̄. Nõ eñ meliores ſunt ypocritis
eo q̄ mali ſint inapto ꝛ inocculto boni. Ypocrite vero in occul
to mali ſūt. et bonos ſe palam oſtēdūt. Ypocritā iuſt9 argue-
re ꝓhibetur ne deterior caſtigatus exiſtat dicēte ſalomone.
Noli arguere deriſorē ne oderit te

De inuidia. Capitulum viceſimumquintum

Liuor alieni boni ſuum punit auctorem. Nam vnde bo-
nus proficit. inde inuidus contabeſcit. Homines p̄-
ue viuentes ſicut de bonorum lapſibus gratulantur.
ita de eorum recte factis boniq̄ perſeuerancia confunduntur.
Inuidus membrum eſt diaboli. cuius inuidia mors introiuit
in orbem. Sicut ꝛ ſuperbus membrorum ē diaboli. de quo ſcri
ptum eſt. Omne ſublime videt et ipe eſt rex ſuper omnes fili-
os ſupbie. Nulla eſt virtus que non habeat contrariū inuidie
malū. Sola miſeria caret inuidia. q̄a nemo inuidet miſero. cui
reuera non liuor obicit̄ ſed ſola miſericordia adhibetur. Mul
ti et bonos imitari volunt et de bonoꝝ profectibus inuidie
liuore tabeſcunt. Quo fit ut nec illi corrigantur a malo ſuo
ſed per inuidenciam deteriorentur et bonos a recto ſtudio q̄n-
tum in ipis eſt. ſi potuerint deprauare conentur. Quando ma
los boni proficere vident non ſcandalizentur. ſed quem ſint
finem habituri maxime cogitent. Hoc omnis inuidus alienis
virtutibus preſtat. q̄ beato iob ſathan preſtitit. Nam dum
emulat̄ ꝓſperitatib;. cōmouit aduerſa. Sed dum credidit eū
diabolus poſſe ꝓſternere inde eius aucta ſūt merita atq̄ inde
claruerūt ꝓbabiliora paciēcie documenta. Ita req̄rūt inuidi
aditū male fame. p quā bonoꝝ vitā maculēt. ſicut querebāt o-
ſtiū ſodomite. q̄ domū loth nocituri introirēt. Ille vero cecita
te erroris pcuſſi pietes videbāt. oſtiū nō inueniebāt. Nõ aditū
inuidi videndo velut pietē ꝟtutes diſſimulāt. vicia vero pq̄rūt
p q̄ eoꝝ ꝯſciēciā vrāt

De ſimulacione Cam. xxvi.

Fraudulẽcie gen9 in modū pharetre ſbtiliter inſidiarū ſagittas celat · ut falſā faciat ſecuritatē decipiatq; callide eū ꝯtra quē molit̄ occulte. Cauēd9 eſt inimic9 qui manifeſt9 ē · ſ; magis ille q̄ videri nō poteſt. Facile eī vincimus quē videm9 · quē aūt nō videm9 difficile a nobis expellimus. Raro nocet homo ab extraneis · ſi ſui eū nō ledāt. Magis eī inſidiis noſtroꝝ q̄m alioꝝ pꝯiclitamur · latēt ſepe venena circūlita melle vboꝝ. Et tā diu deceptor bōitatē ſimulat q̄uſq; fallēdo decipiat ¶ De odio ¶ Capitulum · xxvii ·

Non hoies ſ; vicia odio habēda ē. flebiliter aūt deplorādi ſūt · q̄ odio in frēz tabeſcūt ⁊ cōtra alios pniciosū animi dolū fuāt. A regno eī dī ſe ſepant · q̄ ſemetipſos a caritate diſſociāt. Sicut mr̄ eccleſia pue ab hoībꝫ hēticis p̄mitt̄ · ſed tñ eos veniētes ad ſe benigna caritate amplectitur ita et ſinguli nr̄m quoſcūq; inimicos ſuſtinem9 reūtētes materna imitacōe amplecti ſtatim debem9. Cito ē ignoſcēdū cuiq; dum veniā poſtulat. Nō eī poſſe pc̄ta dimitti ei · q̄ i ſe peccanti debita nō dimittit. Formā eī nobis indulgēcie deus ex merito ꝯdicōis noſtre impoſuit · dum ita orare nos p̄cepit. Dimitte nobis debita nr̄a · ſicut et nos dimittim9 debitoribꝫ noſtris. Juſtū ē eī dei iudiciū tm̄ q; peccatori a ſe indulgeri oſtēdit · q̄ntū alterutro vnuſquiſq; in ſe offēſo indulget Quidam de ſuis fidētes meritis pigre in ſe delinquētibꝫ veniā p̄ſtant ſ; nichil ꝓficit eē illebatū a culpa q̄ nō eſt parat9 aduenia · dūq; pocius hec magis ſit culpa q̄n tardi9 relaxant̄ fraterna delicta. Qui frēz ſibi tardi9 recōciliat · deū ſibi tardi9 placat. Fruſtra eī ꝓpiciari ſibi deū querit · qui cito placari in proximum negligit ¶ De dilectione Cam · xxviii ·

Duo ſūt erga dilectionē proximi ꝯſuāda vnū ne malum q̄s inferat · alteꝝ ut bonū impēdat. Primū ut caueat ledē. Scdm ut cōmoda diſcat p̄ſtare. Amicicia ē animoꝝ ſocietas. Hec q̄ppe a duobꝫ incipit. Nam min9 quā inter duos dilectio eē nō poterit. Antiq̄ dixerūt de ſocietate duoꝝ vnā eē animā in duobꝫ corporibꝫ ꝓpter vim ſcʒ amoris · ſicut in actibꝫ apl̄oꝝ legim9. Erat illis cor vnū ⁊ aīa vna · nō q̄a multa corpora vnā habebāt animam ſ; q̄a vinculo ⁊ igne caritatis cōiuncti vnanimes generaliter ſine diſſenſione ſapiebāt.

Amicicia ꝛ ꝓsperas res dulciores eē facit ꝛ aduſas cōmuniōe
tēperat · leuioresq̄ reddit · q̄a dū in tribulacōe amici ꝯsolacio
adiungit̄ nec frangit̄ anim⁹ nec cadere patit̄. Tūc vere amic⁹
amatur si nō ꝓ se ſꝫ ꝓ deo amat̄. Qui vero ꝓ se amicū diligit in
sipiēter eū amplectit̄. Multū in terra dimersus ē · q̄ carnaliter
hoīeꝫ moritur plus diligit quā oportet. Qui eni intēperāter
amicū amat · ꝓ se magis illū amat q̄m ꝓ deo. Qn̄tū g̊ bonū ē
q̄ ꝓ deo fratrē diligit · tm̄ pniciosū q̄ eū ꝓ seipo amplectitur
Plerūq̄ diligit i alio homo · q̄ odit in se utpote in infantibꝫ.
Amam⁹ eni quādā eorū ignauiā et tn̄ odimus q̄a ignaui eē no-
lum⁹. Sic lapides eq̄s et cetera q̄libet diligim⁹ ſꝫ tn̄ nolum⁹
hoc eē eciā si possum⁹ ¶ De fictis amiciciis ¶ Ca^m^. xxix

Cito p aduſa fraudulēt⁹ patꝫ amic⁹. Nā in ꝓsperitate
incerta ē amicicia · nec scit̄ vtrū psona an felicitas dili-
gat̄. Sepe p simulacōeꝫ amicicia colit̄ · ut q̄ nō potuit
apte decipe · decipiat fraudulēter Tūc quisq̄ magis fit pieta
ti iusticie q̄ diuine ꝯtrarius · qn̄ despiat amicū aliq̄ aduſitate
pcussum. Qua in re et sibi occasionē mercedis tollit ꝛ erga p-
cussionē ꝓximi crudelis existit · veluti actū ē inter lazarū vlce
rosū diuitē q̄ supbū. Per aduſa igit̄ ꝛ ꝓspera cōprobat̄ · si vti
q̄ vere diligatur de⁹ ꝛ ꝓxim⁹ · q̄a dū aduſa ꝓcedūt amic⁹ frau
dulēt⁹ detegit̄ · statimq̄ despicit quē se diligē simulauit. Ami
cicia certa nulla vi excludit̄ · nullo tpe abolet̄. Vbicūq̄ eni se
ꝟterit tēp⁹ · illa firma ē. Rari sūt q̄ usq̄ i finē existāt cari. Nā
multos a caritate aut aduſitas tpis aut ꝯtecio quelibꝫ actōis
auītit. Sepe eciā p honores quorūdā mutant̄ ꝛ mores ꝛ q̄s an
ꝯglutinatos caritate habuerunt. Postq̄ ad culmen honoris
venerint amicos hr̄e despiciūt ¶ De amicicia munere orta

Inter veros amicos amicicia ex bn̄uolēcia oritur ¶ Ca^m^. xxx.
inter fictos beneficio adiungit̄. Nō sūt fideles in amicicia q̄s
mun⁹ non grā copulat. Nam cito deserūt nisi semp accepeint
Dilectio eni q̄ munē glutinat̄ · eodē suspēso dissoluit̄. Illa ve-
ra ē amicicia q̄ nichil q̄rit ex rebꝫ amici nisi solā beniuolenciā
scꝫ ut gratis amet amantē Plerūq̄ amicicia ex necessitate vel in
digēcia nascit̄ · ut sic p quē quisq̄ q̄d desiderat ꝯsequatur. Ille
aūt eā veraciter q̄rit · q̄ nichil egēdo eam appetit. Nam illa ex
inopia breuis est et fucata · ista pura et ꝑpetua

¶ De cōcordia maloꝝ. ¶ Caᵐ. xxxi.

AMicicia in rebꝰ tantū bonis habenda eſt. Nam q̄ ea in malo vtūtur nō ſibi amici ſꝫ inimici exiſtūt. Concordia maloꝝ ſcilꝫ cōtraria eſſe bonoꝝ. Et ſicut optādū eſt vt boni pacem habeāt inuicem. ſic optandū eſt vt mali inuicem ſint diſcordes. Vnanimitatē quippe maloꝝ cōtrariam eſſe bonoꝝ. Paulꝰ apłus approbat qui malos cōtra ſe diuidit. quos in necē ſuam cōcordaſſe cōſpexit. Inde ꝛ in lege mare rubrū qḋ eſt maloꝝ hoīm cōcordia diuidit̄ vt electoꝝ via tendēs ad beatitudīnē nō impediat̄. Inpedit̄ aūt iter bonoꝝ. ſi maris hoc eſt iniquitas nō diuidit̄ iniquoꝝ. ¶ De correpcōe fratna.

NOn debet vicia aliena corripe. ¶ Caᵐ. xxxii.

qui adhuc vicioꝝ cōtagionibꝰ ſeruit. Inprobū eſt enim arguere quēq̄m hoc in alio. quod adhuc deprehendit in ſemetipō. Qui veracit̄ vult fratnam corripe ac ſanare infirmitatē. talem ſe fratno vtilitati pſtare ſtudeat. vt eū quē corripe cupit hūili corde āmoneat. ꝛ hoc faciēs ex cōpaſſione qui cōmūis piculi ne forte ꝛ ipe ſbiciatur temptacōni. Sicut viri ſpūales alieni peccati emēdacōm expectāt. ita ꝓteruī delinquētibꝰ deridēdo inſultauīt. ꝛ quātū in ipis eſt eos inſanabiles putant. nec inclināt coꝛ ad cōpaciendi miſericordiā. ſꝫ ſupbiētes deteſtant̄ atqꝫ blaſphemāt. Non nūq̄m accidit vt intra amicos aliqua redargucōis enutrita diſcordia. maiorem poſtea caritatem pturiat. vtpote cū corriguntur ea q̄ diſplicē in amico vident̄. ꝛ hoc quidem pmo nō ſine quadā emulacōe āmonitꝰ ſuſcipit. ſꝫ correptꝰ poſtmodū gracias agit. At cōtra multi ꝓ parua leſione vim caritatis reſcindūt. ꝛ ab amore dilectionis ſeſe phenniter retrahūt. Plerīqꝫ correpcōꝫ ſuā officiū caritatis exiſtimāt. Plerīqꝫ vero hoc ipm quod ex caritate corripiūtur ad iniurie cōtumeliaꝫ trahūt. Vñ euenit vt ex eo deteriores efficiāītur. p quod emēdari obediendo potuerūt. Salubrit̄ accipiūt iuſti quociēs de ſuis exceſſibꝰ arguūtur. Supflua autē eſt hūilitas eoꝝ. qui ſe geſſiſſe accuſant que non admiſerunt. Qui vero ſine arrogācia bona facta ſua ꝓnūciat. ꝓculdubio nequaq̄m peccat. Eſt quorūdam excuſacio pūſorū. qui dū pro ſuis facinoribꝰ arguūtur verba iſtoꝝ ꝓ cenſura declinanda abiciūt. ſeruātes ſe diuino iudicio quo puniēdi ſūt durius. dum

temporaliter contẽnunt iudicari ſeſe ab hoīb9. Iniqs moleſta eſt veritas ⁊ amara diſciplīa iuſticie nec delectanť niſi placēcia ꝓprie imbecillitati. iniuſticie fecūdi ⁊ ſteriles veritati. ceci ad contuendā lucē et oculati ad tenebraꝝ aſpiciendū errorē. Cor-da reproboꝝ lubrica ſūt ad malū conſenciendū ad bonū vero con ſenciendū duriſſima. Probat ſalomon ꝛ iuſti emēdacōez cor-repti ꝛ ſtulti obſtinacōez ad moniti dicēs. Doce iuſtū ⁊ feſti-nabit accipe. De ſtulto aūt ait. Qui erudit deriſorē. ipe ſibi facit iniuriā. Nonnullos tante eē ꝑuitatis hoīes. q̄ dum ipi a malo corrigi negligūt. corripiēciū vitā falſa criminacōe de tractāt ꝛ ad ſui ſceleris ſolaciū vſurpāt ſi uel falſo ↄpeterint ꝙ ad infamiā bonoꝝ obiciāt. Sicut ē illud ex ſalomone. Bo-na ī malū ↄūtit impi9. ꝛ inelectis inponit maculā. Ve aūt illi q̄ ⁊ ſuā rennuit vitā corrigē. ꝛ bonoꝝ nō deſinit detractare. Pleriq; mali ſimiles ſibi ī malū defendūt et patrocinio ſuo ꝑuos ↄtra correctionē bonoꝝ ſuſcipiūt ne vn̄ diſplicēt emēdētur. adiciētes in ſe aliena delicta. ut nō tm̄ de ſuis malis. ſ; eciā ꝛ de alioꝝ facinorib9 puniātur quoꝝ pcc̄a defendūt

¶ De prepoſitis eccleſie ¶ Ca^m. xxxiiij.

Vir eccleſiaſtic9 ⁊ crucifigi mūdo ꝑ mortificacōez ꝓprie carnis deb; ꝛ diſpēſacōez eccleſiaſtici ordinis ſi ex dei volūtate ꝑuenerit. volēs q̄dam ſ; humilis gubernādā ſuſpiciat. Multis intercipit ſathanas fraudibus eos q̄ vite et ſenſus vtilitate ꝑſtātes ꝑeſſe ⁊ ꝓdeſſe aliis nolūt. ꝛ dū eis re-gimē animaꝝ imponiť rennuūt cōſulcius arbitrātes ocioſā vi-tam agē ꝙ lucris animaꝝ inſiſtē. Qd̄ tn̄ decepti agūt ꝑ argu-mentū diaboli fallētis eos ꝑ ſpeciē boni. ut dum illos a paſto rali officio retrahit nequaꝙ ꝓficiāt qui eoꝝ verbis atq; exem plis inſtrui poterāt. Sancti viri nequaꝙ occupacōnū ſecula-riū curas appetunt. ſ; occulto ordine ſibi ſuꝑ impoſitas gemūt Et quāuis illas ꝑ meliorē intencionem fugiāt tamē per ſubdi-tam mentem portāt. Quas quidē ſumopere ſi liceat vitare fe-ſtināt. ſ; timentes occultā diſpenſacionē dei ſuſcipiūt qd̄ fugi unt. exercent qd̄ vitare noſcūtur. Intrant em̄ ad cor et ibi ↄ-ſulunt quid velit occulta voluntas dei ſeſe ꝙ ſubditos debe-re eē ſummis ordinacionibus cognoſcentes humiliant ceruicē cordis iugo diuine diſpenſacionis.

De indignis prepoſitis ¶ Ca^m. xxxiiii

NOn ſūt ꝓmouendi ad regnū eccleſie qui adhuc vicijs ſubiacent. Hinc eſt quod pceptū ē dauid nō edificaē viſibile templū quia ſāguinū vir . idest belli frequēcia illi eſſꝫ. Qua figura illi ſpitaliter admouētur q̄ viciorꝫ adhuc corrupcioni ſūt dediti ne templū edificēt . hoc eſt eccleſiam docere ne pſumāt. Nō debet honoris ducatū ſuſcipe q̄ neſcit ſubiectis tramite vite melioris pire. Nequ eī qſq adhoc tātū pficiat vt ſubditorꝫ culpas corrigat . et ipe vicijs ſeruiat. Qui non ſe dignum ad epiſcopatum exiſtimat . locum eius qui dignus eſt nō poccupet. Nam tam ſāctū ē ſacerdocij nomē vt nulla uiciorꝫ nota maculari ſe ſinat. Grauiꝰ eī condemnabit̄ . qui indignꝰ ſuſcipit quod nō meret̄. Qui regnū ſacerdocij cōtendit a petere ante ſe diſcuciat . ſi vita ſit honori cōgrua. Quod ſi nō diſcrepat hūiliter ad id ad quod vocat̄ accedat. Reatum qppe culpe geminat . ſi quiſqꝫ cū culpa ad ſacerdotale culmen aſpirat. Heu me miſerū in explicabilibꝫ nodis aſtrictū. Si eī ſuſceptū regnū eccleſiaſtici ordinis recentem criminis conſcius timorē cōcucior . ſi vero deſeram ne deterior ſit culpa ſuſceptū gregem relinquē amplius formido . vndiq miſer metuo . et in tanto rei diſcrimie quod ſequar ignoro. Vniuſcuiuſq caſus tāto maioris eſt criminis . quāto ⁊ priuſq cadet erat virtutis. Precedenciū namq magtudo vtutū . creſcet ad cumulū ſequenciū delictorꝫ. Plerūq ſacerdotes ſue magis vtilitatis cauſa quaꝫ gregis pēſſe deſideant . nec vt poſſint pſules fieri cupiunt . ſꝫ magis vt diuites fiant ⁊ honorent̄. Suſcipiūt eī ſblimitatis culmen nō ꝓpaſtorali regimie ſꝫ p ſolius honoris ambicōne . atq ope abiecto dignitatis . ſolam nomis appetūt dignitatem Dū mali ſacerdotes deo ignorācie nō fiant . tamen ignoranter adeo . ipo p ꝓphetam teſtante. Pncipes extiterūt ⁊ nō cognoui . ſꝫ hic neſcire dei reꝓbare eſt.

¶ De indoctis ꝓpoſitis. ¶ Ca^m. xxxv.

SIcut iniqui ⁊ peccatores miſteriū ſacerdotale aſſeq̄ ꝓhibent̄ . ita indocti et impiti a tali officio retrahūtur. Illi eī exēplis ſuis vitaꝫ bonorū corrūpūt . iſti vero ſua ignauia iniqs corrigē neſciūt. Quomō docere poterūt . quod ipi nō didicerūt. Deſinat locū docendi ſuſcipe . qui neſcit docē. Ignorācia quippe preſulum.

vite nō cōgruit ſbiectorū. Cec⁹ eīm ſi ceco ducatū p̄beat am-
bo ī foueā cadūt. Sacerdotes indoctos p yſaiā ꝓph̄az dn̄s im-p
bat. ipi inq̄t paſtores ignorabāt intelligēciā. Et iteꝝ ſpecula
tores ceci om̄s. ideſt epiſcopi. Neſcierūt inq̄t canes muti non
valētes latrare. hoc ē plebes cōmiſſas nō valētes reſiſtendo
malis p verbum doctrine defendere

¶ De doctrina ꝛ exemplis ꝓpoſitoꝝ ¶ Caᵐ. xxxvi.

Tam doctrina quā vita clarere debꝫ eccleſiaſtic⁹ doctor
Nam doctrina ſine vita arrogantem reddit. vita ſine
doctrina inutilē facit. Sacerdotis p̄dicacio opib⁹ cō-
firmāda ē. ita ut qd docet v̄bo. inſtruat exēplo. Vera ē illa do-
ctrina. q̄m viuēdi ſeq̄tur forma. Nā michil turpi⁹ ē. q̄m ſi bo-
nū qd q̇ſq; ſmone p̄dicat. explere ope negligat. Tūc eīm vti-
liter p̄dicacio ꝓfert᷑ qn̄ efficacit᷑ adimplet᷑. Vnuſq̇ſq; p̄dicator
et bone actōis. boneq; p̄dicacōis hr̄e debꝫ ſtudiū. nā alteꝝ ſine
altero nō facit pfectū. ſꝫ p̄cedit iuſtū bene facē. ut ſeqn᷑ bn̄
poſſit docē. Om̄s vtilis doctor plebib⁹ ſbiectis ita ſe p̄ſtare debꝫ
atq; inſiſtē doctrine. ut q̄nto clarꝫ v̄bo. tāto clareſcat cū me-
rito. Nā qd ap̄lus timotheo p̄cipit cū om̄i impio docē nō hor-
tat᷑ ad tumorē ſupbie. ſꝫ ad bonā actionē ꝛ vite auctoritetem.
videlicet ne libertatē pderet p̄dicādi. ſi bn̄ docēt. ꝛ male viue
ret. Vn̄ ꝛ dn̄s q̇ ſolueit vnū de mādatis iſtis mīnis ꝛ ſic docue
rit. minim⁹ eit ī regno celoꝝ. Vides qd auctoritate magiſterii
caret. qui qd docet nō facit. Sicut in nūmis metallū figura ꝛ
pondus inquiritur. ita in omni doctore eccleſiaſtico. quod ſe-
quatur quod doceat. quomodo viuat. Per qualitatem igit᷑
metalli doctrina per figuram ſimilitudo patrum. per ponduſ
humilitas deſignatur. Qui vero ab hiis trib⁹ diſcrepauerit.
non metallum ſed terra erit.

¶ De hiis qui bene viuūt ꝛ male docent Caᵐ. xxxvii.

Interdū doctoris vicio eciā ipa vera doctrina vileſcit. q̄a
dum nō viuit ſicut docet ipaꝫ q̄m p̄dicat veritatem cō-
tēptibilem facit. Arcus peruerſus eſt lingua magiſtro-
rū docenciū bene. et viuenciū male. Cum ideo quaſi ex
peruerſo arcu ſagittas emittunt. dum ſuam prauam vitam
ꝓprie lingue ictu cōfodiūt. Qui diuina p̄dicāt cū ex eiuſdem
p̄dicacōis dignitate viuē mīm⁹ deſiderāt hn̄tes v̄bū dei in ore.

et in opere nō habentes. multa ⁊ bene docentes. nichil autem opantes. mutant᷑ balaam ariolū. qui corruens ope aptos habuit ocul9 ad cōtuendā lucem doctrine. Qui bene docet cum male viuit tanq̄m es aut cimbalum ſonū facit aliis ipſe tamē ſibi manet inſēſualis. Qui bene docet cū male viuit. qd docet bene viuētib9 pficit᷑. quod vero male viuit ſeipm occidit. Sicut ſacerdos qui digne ſe agit vt ſacerdotē docet miniſteriū eius ⁊ ipi cū aliis vtile eſt. Indigne aūt viuēs aliis quidē vtilis eſt loquēdo. ſe aūt inteficit praue viuēdo. ac per hoc quod nullo mortuū eſt ꝓpriū eſt. quod vero viuit in eo ideſt ſacrū miniſteriū qd eſt vite alienum eſt. Qui bene docet cū male viuit equat᷑ cereo. qui bonam quidem aliis lucem preſtare ſe vero in malis ſuis cōſumē videt᷑ atq̄ extinguē. Qui bene docet ⁊ male viuit. videt᷑ bonū malo iūgere. lucem tenebris cōmiſcere. veritatem mēdacio mutare.

## De exemplis p̄uoꝝ ſacerdotū. Caᵐ. xxxviii.

Sepe p quos iuſticia docet᷑. per ipos morbos irrepit. ⁊ mors peccati ad plebes pertranſit. ſcʒ vel dū mala docent. vel eciaʒ praua faciunt. Plerīq̄ ſacerdotes ⁊ clerici praue viuentes forma ceteris exiſtūt qui in bonis exēplū eſſe debuerūt. hii em̄ quoſcūq̄ exēplo male ↄuerſacōis ſue perdūt. de illis racōm ſine dubio redditu ri ſūt. Ex carnaliū ꝓpoſitoꝝ exēplo plerūq̄ fit vita deterior ſbditoꝝ. ⁊ plebis merito fiūt tales ſacerdotes qui exemplo deteriori populū deſtruāt nō edificēt. Ex merito em̄ plebis ñ nūq̄m epiſcopi deprauātur. quaten9 ꝓcliui9 corruāt qui ſecūtur Capite languēte cetera corpis mēbra inficiūtur. Vñ ⁊ ſcriptū eſt. Om̄e caput languidū cū om̄e cor merēs a plāta pedis vſq̄ adūticem nō eſt in eo ſanitas. Caput em̄ languidū doctor eſt agens peccatū cui9 malū ad corpus ꝑuenit. dū eo vel peccante vel praue docente peſtifer lāguor ad plebes ſbditas tranſit Deteriores ſūt qui ſine doctrinis ſiue exemplis vitam moreſq̄ bonoꝝ corrūpūt. hiis qui ſbſtancias alioꝝ prediaq̄ diripiūt. hii itaq̄ ea q̄ extra nos ſūt. ſʒ tamen que noſtra ſūt auferunt: corruptores vero moꝝ ꝓprie nos ipos diripiūt quō diuicie iuſtoꝝ mores eoꝝ ſūt. Multū ergo diſtāt damna moꝝ a damnis tpaliū reꝝ. dū iſta extra nos ſūt. mores vero in nobis.

## De ꝓpoſitis carnaliū. Caᵐ. xxxix.

Prouidēcia pleruꝗ diuini ꝯſilii ordinant̄ ꝓpoſiti mūda-
na ⁊ exteriora ſectātes· ut dū tpalibꝫ rebꝫ ſe totos im-
pēdūt· ſpiritales effecti tuciorē vitā ꝯtēplacōis exer
ceāt qa dure ſūt qete viuē volēciū ſarcine curaꝝ epiſcopaliū
ꝓuidet ſepe dꝰ curis deditos ſecularibꝫ· ad ſuſcepcōez regimi-
nis ut dū hii exteriora ſine tedio ꝓcurāt· ſpiritales rebꝫ inte-
rioribꝫ ſine impedimēto reꝝ terrenaꝝ deſuiāt· Dei ḡ ordinē ac
cuſāt a q̄ inſtituūtur q̄ epos ꝯdemnāt dū minꝰ ſpūalia ſꝫ magis
trena ſectātur· Ex diuini eñ tabnaculi diſpoſicōe ob iniurias
mūdi ferēdas ⁊ turbines quoſdā inſtitui epos ſecularibꝫ curis
inſiſtētes vt hii qui interiꝰ ſupna deſidāt nullo terreno obſi-
ſtēte negocio hoc qd amāt intendant: Non eſt itaqꝫ iudican
dus a plebe rector inordinatꝰ dū magis nouerint populi ſui
fuiſſe qm̄ puerſi regimē ſuſcepiſſe pontificis· Nam ꝓ meritis
plebiū diſponit̄ a deo vita rectorū· Exemplo dauid peccātis
ad compacōz pncipū qui ex merito plebis puaricant̄· ſētēcia
damnātur cham filii noe q̄ ſuoꝝ ꝓpoſitoꝝ culpas ī publico pro
dūt ſic cham q̄ pris pudēda nō operuit ſed deridēda mōſtrauit
habituri ſem meritis et iafeth q̄ reuerenter operiūt q̄ pres ſuos
exceſſiſſe cognoſcūt ſi tam̄ patrū facta nō diligant ſed tantū
operiāt nec imitent̄· Nā ſūt q̄ ꝓpoſitos ſuos puerſe iudicāt dū
terreis ſtudiis eos plꝰ viderit eē intētos ſi vel parū iā ipi d ſpi-
ritalibꝫ cogitauint· Rectoēs ergo a deo iudicādi ſūt· a ſuis au
tem ſubditis neqq̄m iudicādi ſūt exemplo dñi qui p ſe vēdētes
colūbas ⁊ nūmularioꝝ mēſas ꝓprio euertit flagello ⁊ ꝓiecit
a tēplo vl̄ ecciā vt dicit ps deꝰ ſtetit ī ſinagoga deoꝝ in medio
aūt dos diſcēnit· Qd ſi a fide exorbitauit rector tūc eīt arguē
dus a ſubditis· ꝓ moribꝫ vero reprobis tollerandus magis q̄
diſtringendus a plebe eſt

## De Iracundis doctoribꝫ Caᵐ·xl

Iracundi doctores p rabiē furoris diſcipline modū ad inmani
tatē crudelitatis ꝯūtūt ⁊ vn̄ emēdare ſubditos poterāt inde
pocius vulnerāt· Ideo ſine mēſura vlciſcit̄ culpas ꝓpoſitꝰ ira-
cundꝰ qa cor eiꝰ diſperſū ī reꝝ curis nō colligit̄ in amorē vni
us deitatis· Mens eñ ſoluta ī diuerſis chathena caritatis nō
aſtringitur ſꝫ inde laxata male ad omnem occaſionē mouetur.

Bonus do ¶ De ſupbis doctoribꝫ ¶ Caᵐ. xli.
ctor ē quī et in humilitate ſeruat diſciplinā. et p̄ diſci-
plinā nō incurrit ſupbiā. Elati aūt paſtores tirānice
p̄mūt nō regūt quiꝗ nō dei ſꝫ ſuā glāz a ſbditis exigūt. Multi
ſūt qui in uerbo doctrine nō humiles ſꝫ arrogātes exiſtūt. qui
et ipa que p̄dicāt recta nō ſtudio correctiōis. ſꝫ vicio elaciōis
ānūciant. Multi ſūt q̄ non excōſultu edificandi ſꝫ ex tumore
ſupbiēdi docēt. nec ut p̄ſint ſapiētes ſūt. ſꝫ ut ſapiētes videa-
anť docē ſtudēt. Eſtimaciōe p̄ua arrogāciū ſacerdotū p̄ quam
mutanť ſācios rigore diſcipline et ſequi negligit caritatis af-
feciōe fidei vult rigida ſeueritate. ſꝫ formam humilitatis p̄ſta-
re nequit. ut magis teribiles qm̄ mites aſpiciātur. Superbi
doctores vulnerare pocius qm̄ emēdare nouerūt. ſalomone
teſtāte qui ait. Virga in ore ſtulti id ē ſupbia. quia increpādo
rigide feriūt. et cōpati huilit neſciūt. Bene alieni peccati cu-
randa vicia ſuſcipit q̄ hoc ex cordis dileccioe ⁊ humili cōſciē-
cia facit. Ceterū q̄ delinquētē ſupbo vel odioſo animo corripit.
nō emēdat ſꝫ percutit quicq̄d eni p̄terū ut indignātis anim⁹
p̄tulerit obiurgātis furor eſt non dilectio corrigentis

¶ De humilitate p̄poſitoꝝ ¶ Caᵐ. xlii.

Qui p̄ficiť ad regnū. taliter erga diſciplinā ſubiectorū
p̄ſtare ſe debet. ut nō ſolū auctoritate verū eciā humi-
litate clareſcat. ſꝫ tamen ita ſit in eo virt⁹ huilitatis
ne diſſoluať vita ſbditoꝝ in vicijs. atq̄ ita auctoritas adhe͞at
poteſtatis. ne per tumorem cordis ſeueritas exiſtat inmodera-
cōis. Nec eſt eni in dei ſacerdotibꝫ vera diſcrecio. qua nec p̄ lib-
tatem ſupbi nec per humilitatē remiſſi ſint hinc eſt q̄d ſancti
cū magna cōſtancia redarguerūt eciam p̄ncipū vicia. in quibꝫ
cū ſūma eſſꝫ humilitas. loco tn̄ neceſſario libere trāſgreſſoēs
iuſticie increpabāt. Aliquādo eciā ſbditis nos oportet eſſe hu-
miliores qūo facta ſbditoꝝ iudicātur a nobis nr̄a vero de⁹ iu-
dicat. Agnoſcat ſe ep̄us cōſeruū eſſe plebis nō dn̄m verū hoc
caritas nō cōdicio exigit. ¶ De doctrine diſcrecione.

Non omībꝫ vna eademq̄ doctrina Caᵐ. xliii.
adhibenda. ſꝫ p̄ qualitate morū diuſa exhortacio erit
doctoꝝ. Naz quoſdam increpacio dura quoſdā vero ex-
hortacio corrigit blanda. Sicut periti medici ad varios corpis

morbos diuſo medicamīe vtūt̄ ·ita ut iuxta vulneꝝ vaietates
mediciana diuſa ſit Sic ⁊ doctor eccleſie ſingulis q̄buſꝗ hoībꝰ
ↄgruū doctrine remediū adhibebit ·⁊ q̄d cuiꝗ oporteat ꝑ eta
te ꝑ ſexu ac ꝓfeſſione annūciabit ·nō oībꝰ ea q̄ ſūt clauſa a
periendā ſūt. Multi ſūt eīn q̄ capē nō poſſunt ·quibꝰ ſi indiſcre
te manifeſtent̄ ſtatim aut detrahūt aut negligūt. Prima q̄ppe
prudēcie virtꝰ eſt eā q̄m docere oporteat exiſtimare pſonam.
Rudibꝰ populis ſeu carnalibꝰ plana atꝗ cōmunia nō ſūma atꝗ
ardua p̄dicāda ſūt ·ne ī mēſitate doctrine oppriman̄t pociꝰ q̄m
erudiātur. Vn̄ ⁊ paulꝰ aplus ait. Nō potui vobis loq̄ q̄i ſpiri
talibꝰ ſꝫ q̄i carnalibꝰ tāq̄ paruulis ī xp̄o lac vobis potū dedi nō
eſcam. Carnalibꝰ q̄ppe animis· nec alta nimis de celeſtibꝰ nec
terrena ↄuenit p̄dicare ·ſꝫ mediocriter ut inicia eoꝝ moreſꝗ de
ſiderāt docē. Coruꝰ dū ſuos pullos viderit albi coloris nulloſ
eos cibis alit ·ſꝫ tantūdē attēdit donec paterno colore nigre-
ſcant ·⁊ ſic illos frequēti cibo reficiat Ita eccleſie doctor ſtrē
nuus niſi eos quos docet viderit ad ſuā ſimilitudinē penitēcie
ↄfeſſione nigreſcē et nitore ſeculari depoſito lamentacionis
habitū de pc̄ti recordacōe induere ·utpote ad huc exteriori-
bus. Hoc eſt carnalibꝰ nō apit intelligēcie ſpiritalis ꝓfūdiora
miſteria ne dū audita capiūt ·prius incipiāt ↄtēpnē q̄ venera
ri mādata celeſtia . Aliter eſt agendū erga eos qui noſtro cō-
mittun̄t regimini ſi offendūt ·atꝗ aliter cū hiis qui nobis cō
miſſi nō ſūt ·qui ſi iuſti ſunt venerādi ſunt ·ſi vero delinquent
ꝑ ſola caritate ut locus eſt corripiēdi ſūt ·nō tn̄ cū ſeueitate
ſicut hij q̄ nobis regēdi ↄmiſſi ſūt . Prius docēdi ſūt ſeniores
plebis ut p eos infra poſiti faciliꝰ doceant̄. Vn̄ ⁊ aplus hec in
q̄t ·cōmēdo hoībꝰ fidelibꝰ q̄ ydonei ſūt ·⁊ alios docē. Inge-
niū boni doctoris ē incipē a laudibꝰ eoꝝ q̄s ſalubriter obiurga
tos corrigē cupit ·ſicut aplus ad corintheos facit ·q̄s a laudi-
bus inchoat ⁊ increpacōibꝰ ꝓbat . Nā erāt apud corinthios
q̄ ⁊ laude et increpacōe digni eſſꝫ ·ille vero diſcrete ſic vtraꝗ
oībꝰ loq̄tur · ut oībꝰ vtraꝗ ↄuenire videātur

Pro malo merito plebis De ſilēcio doctoꝝ Ca ·xliiii
auffert̄ doctrina p̄dicacōis. Pro bono meito audiētiſ
tribuit̄ ſmo doctois ipoteſtate diuīa ↄſiſtit cui velit
deus doctrine vbū dare uel cui auferre· ⁊ hoc aut pro dicētis

aut ꝑ audiētis fit merito · vt modo ꝑ culpa plebis auferatur ſermo doctoris. modo vero ꝑ vtilibꝫ meritis tribuatꝛ. Nam et bonꝰ docet bonū ꝛ malꝰ malū. ꝛ bonꝰ malū. ꝛ malus bonū· qꝺ tamen fit iuxta meritū populorū. Non omnia tempa cōgruūt doctrine· ſecūdum ſalomonis ſentēciā dicētis· tempꝰ tacendi et tempus loquēdi. Non quidem per timorem ſꝫ p diſcrecionē propter malorum in corrigibilem iniquitatem · non nūquam electos oportet a doctrina ceſſare. Interdum doctores eccleſie calore caritatis ardētes cōticeſcūt a docēdo· qꝛ nō ē q̄ audiat· teſtāte ꝓpheta qui ait. Ciuitates auſtri clauſe ſūt et non ē qui aperiat. Qui docēdi accipit officium interdum ad tempus facta ꝓximi taceat · que ſtatim corrigi nequaquā exiſtimat. Nam ſi corrigere poteſt et diſſimilat· verū eſt quod cōſenſum alieni erroris habeat. Plerique ſancti doctores pro mali ꝑtiacia qua iniquos emēdare nequeūt his tacere diſponunt· ſꝫ calorē ſpiritus quo aguntur ferre nō ſuſtinētes. iterū in increpaciōeꝫ ꝓſiliūt iniquorū

¶ De ꝑhēda ſacerdotali ꝓtectiōe i plebe Ca^m^·xlv·

Quibus docēdi forma cōmiſſa eſt multa ſubeūt ꝑicula ſi cōtra dicentibus veritati reſiſtere noluerūt. dū ꝓphēta doctorem eccl'e inſtruat · ad ſūmum vſque iuſticie ꝑuenire cū dicit ſuper mōtem excelſum aſcēde qui euāgelizas ſyon. ſcilicꝫ ut ita ꝑmineat merito · ſicut ꝛ gradu. Conſequēter ne forte debeat a docendo timore reſtringi audit exalta in fōtitudine vocem tuam ꝛ noli timere. Vnde et. Ie. ita dn̄s ait. Accinge lumbos tuos et ſurge loquere ad eos. ne formides a facie eorum · nec eni̅ timere te faciam vultū eorum vnde apparet · qꝛ nō timere donum dei eſt. Qui perſonā potē tis accipit. ꝛ veritatē loqui pertimeſcit. grauis culpe mulctatur ſentencia. Multi eni̅ ſacerdotes metu poteſtatis veritatē occultātur. et habentꝛ rei q̄ a bono ope vel a iuſticie p̄dicacōe alicuius poteſtate terrena aut formidine auertūtur. Sed heu proh dolor inde metuūt· qꝛ vel amori rerum ſecularīū implicantur vel quia aliq̄ facinoris opere ꝯfundūtur· Multi p̄ſules eccleſiarum timentes ne amiciciam ſecularium ꝑdant ꝛ moleſtiam odioꝝ incurrāt· peccantes non arguūt ꝛ cōripere pauperꝝ oppreſſores verentꝛ. nō ꝑtimeſcentes qꝺ de veritate ſint redditurí racionem. pro eo quod reticeſcunt de plebibꝫ ſibi ꝯmiſſis

Quādo a potentibꝫ paupes opprimūtur ad eripiendos eos boni ſacerdotes ꝓtectionis auxiliū ferūt. nec verent̄ cuiuſcꝫ inimiciciaꝝ moleſtias. ſ; oppreſſores pauperꝫ palā arguūt increpant excōmunicāt minuſcꝫ metuūt eoꝝ nocēdi inſidias eciā ſi nocere valeāt. Paſtor eīn bon9 animā ſuā ponit ꝓ ouibꝫ Sicut pugil paſtor cōtra beſtias oues cuſtodire ſolet ita ⁊ dei ſacerdos ſup gregē xpi ſolliatus eē debꝫ ne inimic9 vaſtet ne pſecutor infeſtet. ne potēcioris cuiuſcꝫ cupiditas vitā pauperū inquietet. Praui aūt paſtores nō hn̄t curā de ouibꝫ ſ; ſicut legit̄ in euāgelio de mercenariis vidēt lupū venientē ⁊ fugiūt. Tūc eīn fugiūt quādo potētibꝫ tacēt. ⁊ malis reſiſtere metuunt.

¶ De diſciplina ſacerdotis hiis q̄ delinquūt ¶ Caᵐ. xlvi

Sacerdotes pro populoꝫ iniq̄tate damnant̄. ſi eos aut ignorantes nō erudiant. aut peccātes nō arguant teſtante dn̄o ad ꝓphaꝫ. Speculatorē dedi te domui iſrl. Si non fueris locut9 ut ſe cuſtodiat impi9 a via ſua ille in iniquitate ſua morietur. ſanguinē aūt eius de manu tua requirā. Sicut eīn hely ſacerdos ꝓ filioꝫ iniq̄tate damnat9 ē et licet eos delinquētes āmonuerit ſ; tamē non ut oportebat redarguit. Sacerdotes exq̄rere debēt pcc̄a populoꝫ ⁊ ſagaci ſollicitudine vnūquēcꝫ ꝓbare iuxta teſtimoniū dn̄i ad iheremiā loquentis. Probatorē inquit dedi te in populo meo robuſtum. et ſcies et probabis vias eoꝫ. Sacerdotes ſtudio corrigendi facta pſcrutari debent ſbiectoꝫ ut emēdatos lucrifacere poſſint. Sicut aūt peccatori conuenit argui ita iuſtum non exulcerari. Sacerdotes curā debent habere de hiis qui pereunt. ut eoꝫ redargucione aut corrigantur a peccatis aut ſi incorreptibiles exiſtunt. ab eccleſia ſeparentur. Atrociter arguuntur. qui decipiendo peccantes nō ſolū quia non arguunt pro peccato ſed eciā adulanter decipiunt dicēte ꝓpha. Et erunt qui beatificāt populū iſtū ſeducētes et qui beatificātur p̄cipitati. Atrociter iteꝫ arguunt̄ q̄ peccātem nō recipiūt ſ; deſpiciunt ⁊ ſpernūt nec alterius delictū tāq̄ ꝓpriū ingemiſcunt. De talibꝫ p yſaiam dn̄s cōmmans dicit. Qui dicunt recede a me non appropinques michi quia immund9 es. Iſti fumus erūt in furore meo ignis ardēs quotidie Inde ē q̄ ⁊ apoſtol9 omibꝫ omnia fact9 eſt nō imitacione erroris ſ; cōpaſſionis miſeracōe

ſcȝ vt ita vicia aliena fleret queadmodū ſi tali cū ipi implica-
ret erron. Boni paſtores populi debēt delicta deflere ⁊ tot9
ſe planctib9 tradē imitantes Ieremiā ꝓphetam dicentē. Quis
dabit capiti meo aquā. ⁊ oculis meis fōtem lacrimaꝝ. ⁊ plora
bo die ac nocte infectos populi mei. Tanqm̄ ꝓpria igitur de
licta plebis peccata ſacerdos flere debet. ſȝ affectū cōpaciēdi
nō actione cōmiſſi. Nonnulli p̄ſules greges quoſdam ꝓ pecca-
to a cōmunione eiciūt. ſȝ qualit poſt viuē debeant ad meli9 ex
hortādos nō viſitant. Quib9 cōgrue ſermo diuinis increpando
cōminat. Paſtores q̄ paſcitis populū meū vos diſpſiſtis gregē
meū eiecisti ⁊ nō viſitaſtis eos. ecce ego viſitabo ſup vos ma-
liciam ſtudioꝝ noſtroꝝ. Bonoꝝ ſtudia ſacerdotū multa diligē
cia eciaȝ praua plebiū facta ꝑquirūt vt dū minimis ſbditorum
peccatis ſe acerrimos preſtāt. de maioribus malis cautos ſibi ſb
iectoſq ac ſollicitos faciāt. Sicut medici morbos imminentes
curādos ſuſcipiūt. futuros vero ne irrepāt medicine obiectu q̄
dam preſciēcia āncedūt. ita ⁊ doctores boni ſic ea q̄ male acta
ſūt reſecant. vt ea que admitti poſſunt ne ꝑpetrētur doctrina
ſuccurrēt p̄ueniūt. Qui blando verbo caſtigat9 nō corrigitur
acrius eſt neceſſe vt arguat. Cū dolore em̄ abſcidenda ſunt.
que leuit ſanari nō poſſunt. Qui ad monit9 ſecrete de peccato
corrigi negligit publice arguēdus eſt. qd occulte ſanari igno
ratur manifeſte debet emendari. Manifeſte peccata non ſunt
occulta correpcōe purganda. Palam em̄ ſūt arguendi qui pa-
laȝ nocent. vt dū apta obiurgacōe ſanant. hī qui eos mutādo
deliquerāt corrigātur. dū min9 corripit plurimi emēdantur
Neceſſe ē em̄ vt ꝓ multoꝝ ſaluacōe min9 cōdēnet. qm̄ ꝑ min9
licenciaȝ multi piclitent. Ita ergo delinquēti ſermo eſt ꝓfe-
rendos. ſicut eius qui corripit expoſtulat ſalus. Quod ſi opus
eſt aliquā medicamēti aſpitatem verboꝝ p̄dicacōe aſpergi. le
uitatem tamē corde opus eſt retineri. Doctores nō nūqm̄ du
rius feriūt increpacōib9 ſbditos. qui tamē a caritate eoꝝ n̄ re
cedūt. Sepe eccleſia cenſura arrogātib9 videt eſſe ſuperbia.
et quod a bonis pie fit. crudeliter fieri putat a prauis. quia nō
diſcernūt recto oculo quod a bonis recto fit anīo. Notandū
eſt vehemēter ab om̄i pontifice vt tanto caua9 erga cōmiſſos
agat. quāto durius a xpo iudicari formidat. Nā ſicut ſcriptū

eſt in qua meſura meſi fueritis in ipa remeciet̃ vobis. Quoti-
die nãqꝫ oĩes delinqm⁹ ⁊ in multis erroribꝫ labimur. Qui eñ
in noſtris delictis clemẽtes ſum⁹ in alieno peccato rigorẽ te-
nere nequaqꝫ debem⁹. Multi alioꝝ vicia cernũt. ſua nõ aſpici
uut. Et cũ ipi maximis criminibꝫ obnoxij teneant̃. minora pec
cata fratribꝫ nõ dimittũt. Ypocrite trabẽ in oculo ſuo ↄſiſtẽ-
tem nõ ſenciũt ⁊ herentẽ feſtucã in lumine fratris intendũt
Facilius reprehẽdim⁹ vicia aliena q̃m noſtra. Nã ſepe q̃ pũſa
in alijs iudicam⁹ in nobis nocibilia eẽ min⁹ ſentim⁹. ⁊ qꝫ i alijſ
reprehẽdim⁹ agẽ ipi nõ erubeſcim⁹. Facili⁹ vicia vniuſcuiuſqꝫ
quã virtutes intendim⁹. nec q̃d boni quiſqꝫ geſſerit agnoſcere
cupim⁹ ſed quicq̃d mali egerit pſcrutamur

¶ De ſubditis ¶ Ca^m. xlvij

Propter peccatum hominis humano generi pena di-
uinitus illata eſt ſeruitutis ita ut quibus aſpiciat non
congruere libertatem hijs miſericordius irroget ſer-
uitutem. Et licet peccatum humane originis per baptiſmi
graciam cunctis fidelibus dimiſſum ſit. tamen equus deus ideo
diſcreuit hominibus vitam. alios ſeruos conſtituens alios do
minos. ut licencia male agendi ſeruorum poteſtate dominan-
cium reſtringatur. Nam ſi omnes ſine metu fuiſſent. quis eſſet
qui a malis quẽpiam prohiberet. Inde et in gentibus princi
pes regeſqꝫ electi ſũt ut terrore ſuo populos a malo coherce-
rent. atqꝫ ad recte viuendum legibꝫ ſubderent. Quantũ atti
net ad racionẽ non ẽ pſonaꝝ accepcio apud deũ. q̃ mũdi ele-
git ignobilia et ↄtemptibilia et q̃ nõ ſũt. ut ea que ſũt deſtru
eret ne glorietur oĩs caro. h̃ eſt carnalis potēcia corã illo. Vn⁹
eñ dñs equaliter et dñis fert ↄſolatũ et ſuis. Melior eſt ſubie
cta ſuitus quã elata libertas. Multi eñ inueniunt̃ deo libẽ ſ-
uientes ſb dominis ↄſtituti flagicioſis qui et ſi ſbiecti ſunt illiſ
corpore prelati tamen ſunt mente.

¶ De plãtis Ca^m xlviij

Vir iuſt⁹ aut oĩi poteſtate
ſeculari exuitur. aut ſi aliq̃ ſcingit̃ nõ ſub illa curuat̃
ut ſupbꝫ tumeat. ſꝫ eciã ſibi ſbicit ut humilior innote
ſcat. Probat̃ aũt h̃ apoſtolico exemplo q̃ data ſibi poteſtate
eciã nec ad h̃ vſus eſt q̃d debeat ſꝫ dum poſſꝫ vti liciatis abnuit
ſeſe qꝫ ut paruulum in medio eorum quibus p̃erat oſtendit.

Qui in appetēdis honoribꝫ ſeculi aūt ꝓſpitatibꝫ mūdi inſtāti de ſudat labore ⁊ hic cū in futuro vacuus īuenit̃ a requie · tātoq; carnis peccatis ḡuabit̃ · quāto a bonis operibꝫ extitit alien9 Quāto quiſq; ampli9 ſecularis honoris dignitate ſublimatur tanto grauī9 curaꝝ ponderibꝫ aggrauatur · eiſq; magis mente et cogitaciōe ſbicitur . quibꝫ ſblimitatis gradu ꝑponitur . Nam vt quidā fratrū ait · omne quod ſup eminet . plus noſcit̃ meritibus affici · qm̄ in honoribꝫ gaudeat . Quanto q̄ſq; curis mundi maioribꝫ occupat̃ · tanto facili9 a vicīis ꝑmitur . Si eīn vix valet peccata anim9 deuītāc quiet9 . quāto magis occupacione ſeculari detēt9 . Non ſtatim vtile eſt oīnis poteſtatis in ſigne . ſed tūc vere eſt vtile ſi bene gerat̃ . Tunc aūt bene gerit̃ · qn̄ ſbiectis ꝓdeſt quibꝫ terreno honore ꝑfertur . Poteſtas bona eſt quādo deo donāte eſt · vt malū timore coerceat · nō ut te viuere malum cōmittat . Nichil autem pei9 eſt q̄ꝫ p poteſtatem peccandi libertatem haberi · nichil infelicius male agendi felicitate . Qui in hoc ſeculo bene impat ſine fine · cū in ꝑpetuum regnat . cum de gloria ſeculi huius ad eternam tranſmeat gloriā . Qui vero ꝑue regnū exēcēt . poſt veſtē fulgētem lapilloꝝ q; vitorem · mūdi et miſeri ad infernum torquēdi de . cēdūt . Reges a recte agēdo vocati ſūt · et ideo ſicut recte faciēdo regiū nomine obtinebit̃ · ita peccando amitit̃ . Nam ꝓuidi et viri ſācti reges vocant̃ in ſāctis eloquiis . eo quod recte agāt · ſeſus q; ꝓprios bene regāt · ⁊ mot9 reſiſtētes ſibi raciōabili diſcrecione cōprimāt · Recte igit̃ illi reges vocantur · q̄ tn̄ ſeipos qm̄ ſbiectos bn̄ regendo modificare nouerūt . Quidā ipm nomen regiminis ad inmanitatem trāſuertūt crudelitatis · dumq; ad culmen poteſtatis venerint . in apoſtaſiam ꝯfeſtim labūtur · tātoq; ſe tumore cordis extollūt vt cunctos ſbditos in ſui cōpacione deſpiciant . eoſq; quibꝫ ꝑeſſe ꝯtingit n̄ agnoſcāt . Quos congrue eccleſiaſtes admonet dicēs . Ducem te ꝯſtituerit noli extolli · ſꝫ eſto hūilis quaſi min9 ex illis . Dum mundi reges ſblimiores ſe ceteris vident . mortales tamen ſe eſſe agnoſcant · nec regni gloriam qua in hoc ſeculo ſblimant̃ agnoſcant · ſed opus quod ſecum ad inferos deportent attēdāt . Si ḡ āmiſſuri ſūt huius temporis gloriam · illa agāt que poſt finē momētaneū ſine fine poſſideant . Dum aptus dicat non eſt poteſtas

nisi a deo. quō dn̄s p ꝓpham de quorūdā pn̄cipatu. dicit ipi re
gnauerūt ſ; nō ex me. Quaſi diceret nō me ꝓpicio ſ; irato. Vn̄
et inferius p eundē ꝓphaꝫ addidit. Dabo inq̄t tibi regē in furo-
re meo. Quo manifeſti⁹ elucet bonā malāq; poteſtatē a deo or
dinari. ſ; bonā ꝓpicius malā irat⁹. Reges qn̄ boni ſūt muneris
eſt dei. qn̄ vero mali ſceleris eſt populi. Scd̄m eni meritū ple-
biū diſponit̄ vita rectoꝝ. teſtāte iob. Qui regnare facit ypo-
critā ꝓpter pctā ppli. Iraſcēte eni deo talē rectorē ppli ſuſcipi
unt. qualē ꝑ pctō merent̄. Nonnūq; ꝑ malicia plebis eciā re
ges imitant̄ ⁊ q̄ an̄ videbant̄ eē boni accepto regno fiūt mali.

## De iuſticia principum. Caᵐ. xlix.

Qui recte vtit̄ poteſtate regni ita ſe pſtare omib; deb;
ut qn̄tomagis honoris celſitudine claret tāto ſemet
ipm mēte hūilietur. ꝓponens ſibi exēplū humilitatis
dauid qui de ſuis meritis nō tumuit ſ; hūiliter ſeſe deiciēs di-
xit. Vilis incedā ⁊ vilior apparebo āte deū q̄ elegit me. Qui re
cte vtitur regni poteſtate formā iuſticie factis magis q̄m ver
bis inſtituit. ille nulla ꝓſperitate erigit̄. nulla aduſitate tur
bat̄. non innitit̄ ꝓpriis virib; nec a dn̄o recedit cor ei⁹. regni
faſtigio humili pſidet animo nō eū delectat iniq̄tas nō inflā-
mat cupiditas. ſine defraudacōe. alicui⁹ ex paupe diuites faci
et q̄d iuſta poteſtate a populis extorq̄re poſſ; ſepe miſeicordie
clemēcia donat. Dedit de⁹ pn̄cipib; ꝓpoſiturā ꝑ regimine po-
puloꝝ ⁊ illis eos pēſſe noluit. cū quib; vna eſt eis naſcendi
moriendiq; condicio. Prodeſſe ergo debet populis principa-
tus non nocere. nec dominādo pmere. ſ; cōdeſcēdēdo cōſulē. ut
vere ſit vtile hoc poteſtatis inſigne ⁊ dono dei ꝑ tuicōe vtā-
tur mēbroꝝ xpi. Mēbra quippe xpi fideles ſūt populi. q̄s dum
a poteſtate quā accipiunt optime regunt bonam vtiq; uiciſſi
tudinem deo largitori rependunt. Bonus rex facilius ad iu-
ſticiam a delicto regreditur quā de iuſticia ad delictum tranſ
feratur. ut noueris hic eſſe caſum. illic propoſitum. In pro
poſito eius eſſe debet nunq; deuiare a veritate. Quod ſi caſu
titubare cōtigerit. mox reſurgē curet

## De paciēcia pn̄cipū. Caᵐ. l.

Plerūq; pn̄ceps iuſt⁹
eciā maloꝝ errores diſſimilare nouit. non q; iniquita-
ti eoꝝ cōſenciat ſed q; aptū tēp⁹ correctōis expectat

quādo eoꝝ vicia vel emēdare valeat vel punire. Multi adūſus
principes cōiuracionis crimine detegūtur. ſʒ ꝓbare volēs deus
clemēciā principū. cū illos mala machinare pmittitur. ſʒ iſtos
non deſerit. De illoꝝ malo bene iſtis facit. dū culpas quas illi
faciūt. iſti mira paciēcia indulgent. Reddere malū ꝓ malo vi-
ciſſitudo iuſticie. nō malū ꝓ malo. ſʒ bonū ꝓ malo offēſꝰ impē-
tit ¶ De delictis principum ¶ Caᵐ. li.

Difficile ē principem regredi ad melius. ſi fuerit vicījs
implicatus. Populi enī peccantes iudicem metuūt. cū
a malo ſuo legibꝰ cohercētur. reges autē niſi ſolo dei
timore metuq́ʒ gehenne cohercēat liberē in pceps ꝓruunt et
per abruptū licencie in omne facinus viciorum labūt. Quanto
quiſq́ʒ in ſupiori cōſtitutus eſt loco tanto in maiori verſat pe-
riculo. et quāto ſplēdoris honore celſior qſq́ʒ ē. tanto ſi delinq̄t
peccato maior ē. Potentes enī potēter tormēta paciētur. Cui
etenī plꝰ cōmitit plꝰ ab eo exigit. eciā cū vſura penaꝝ. Reges
vitam ſbditorum. facile exēplis ſuis vel edificāt vel ſbuertunt
ideoq́ʒ pncipem nō decet delinquē. ne formam peccandi faciat
peccati eius in punita licēcia. Nam rex qui ruit in vicījs. cito
viam oſtendit erroris ſicut legit de Jeroboaz. qui peccauit ⁊
peccare fecit iſrahel. Illi namq́ʒ aſcribit quicq̄d exemplo eiꝰ
a ſubditis ꝑpetratur. Sicut nōnulli bonoꝝ pncipū deo placi-
ta facta ſecunt. ita facile multi praua eoꝝ exempla ſectantur
Pleriq́ʒ aūt aput iniquos pncipes neceſſitate mgis qm̄ voto ma-
li exiſtunt. dū impījs eoꝝ obediūt. Non nulli aūt ſicut ꝓmpti
ſūt ſequi reges in malū. ſic pigri ſūt imitari illos in bonū. Se-
pe vnde mali reges peccant. inde boni iuſtificant. dū precedē
ciū cupiditatē ⁊ maliciam corrigūt. Naz reuera peccatis eoꝝ
cōmūicant. ſi qd illi diripuerūt iſti retentant. Cuiꝰ peccatum
quiſq́ʒ ſequit. neceſſe eſt vt eius penam cōſorciat. Neq́ʒ enī im
par erit ſupplicio. cuius errori quiſq́ʒ par eſt ac vicio.

¶ Quod pncipes legibus teneant. ¶ Caᵐ. lij.

Juſtū eſt pncipem legibꝰ obpare ſuis. Tunc enī iura
ſua. ab omnibus cuſtodienda exiſtimet. qn̄ cū ipe illis
reuerēciam prebet. Principes legibus tenent ſuis nec
in ſe couenit fruſtrare iura. que in ſbiectis cōſtituūt Juſta eſt
enī vocis eoꝝ auctoritas. ſi quod populis ꝓhibent ſibi licere

non paciant̃. Sub regiminis diſciplina ſeculi poteſtates ſb-
iecte ſūt. ⁊ q̃muis culmīe regni ſint p̄diti. vinculo tñ fidei te
nent̃ aſtricti ut ⁊ fidē xpi ſuis legibꝰ p̄dicent. ⁊ ipaꝫ fidei p̄di
cacionē moribus bonis cōſeruent.

¶ De diſciplina principum in eccleſia ¶ Caᵐ. liii.

Principes ſeculi nonnūq̃ intra eccleſiaꝫ poteſtatis ade-
pte culmina tenēt. ut p eandem poteſtatē diſciplinā
eccleſiaſticam muniāt. ceteꝝ intra eccleſiā poteſtates
neceſſarie non eſſent. niſi ut qđ non p̄ualet ſacerdos efficere
per doctrine ſmonem. poteſtas hoc impleat per diſcipline ter
rorem. Sepe per regnum terrenum celeſte regnum proficit.
Et qui intra eccleſiā poſiti cōtra fidem et diſciplinā eccleſie
agunt. rigore p̄ncipū ↄterant̃. ipamq̃ diſciplinā quā eccleſie
humilitas exercere non p̄ualet ceruicibꝰ ſupboꝝ. poteſtas p̄n
cipalis imponat. et ut veneracionē mereat̃ virtutem poteſta-
tis impciat. Cognoſcant principes ſeculi deo reddere ſe raci
onem ꝓpter eccleſiā quā a xpo tuendā ſuſcipiūt. Nam ſiue au-
geatur pax et diſciplina eccleſie p fideles p̄ncipes ſiue ſoluat̃.
ille ab eis racōnē exigit q̄ eoꝝ poteſtati ſuā eccleſiā credidit

¶ De Iudicibus Capitulū quinq̃geſimumquartum

Ad delictū ptinet p̄ncipū. q̄ p̄uos iudices ↄtra ſoluta-
tem dei populis fidelibꝰ p̄ferunt. Nā ſicut populi de-
lictū eſt. qñ p̄ncipes mali ſūt. ſic p̄ncipis ē pctm qñ iu
dices iniq̄ exiſtūt. Bonꝰ iudex ſicut nocere cuilibꝫ neſcit. ita
ꝓdeſſe oīmbꝰ didicit uel cupit. Aliis eīm p̄ſtat cēſurā iuſticie.
aliis bonitatē. Qui iudicia ſine pſonaꝝ accepcōe ſuſcipit. nō
infirmat iuſticiā auaricie flāma. nec ſtudet auferri alteri qđ cu
piat ſibi. Boni iudices iuſticiā ad ſolā obtinēdā ſalutē eternā
ſuſcipiūt nec eā muneribꝰ acceptis deſtruūt ut dū de iuſto iu
dicio tpalia lucra nō appetūt p̄mio eīno ditent̃. Omīs q̄ recte
iudicat ſtaterā ī manu geſtat ⁊ ut ī utroq̃ p̄ēſo iuſticiā ⁊ miſe
ricordiā portꝫ p iuſticiā reddit pcti ſentēciā. p miām peccātis
tpat penā. ut iuſto libramīe q̄dā p eq̄tatē corrigat. q̄dā vero
p miſeracionē indulgeat. Qui dei iudicia oculis ſuis ꝓponit ſp
timēs tremenſq̃ in oīmi negocio reformidat ne de iuſticie tra
mite deuiās cadat et vñ nō iuſtificat̃. inde potius ↄdemnetur.

¶ De prauis Iudicibus ¶ Capitulum. lv.

NEminem ſtultoꝝ ſeu improboꝝ oportet iudicem eſſe. Nam ſtultus p ignauiã ignorat iuſticiam. improbꝰ aũt p cupiditatem corrũpit ipam qm̃ didicerit veritatem. Grauiꝰ lacerant paupes a prauis iudicibꝰ. qm̃ a cruđelissimis hoſtibus. Nullus em̃ predo tam cupidus in alienis. qm̃ iudex iniquus in ſuis latrones in accenſis facibꝰ ac latebroſis latenter inſidias ponũt. iſti palam rapaces auare ſeuiũt. Hoſtes in alienoꝝ tantũ ſangnem intendũt. iudices quaſi crudeliſſimi hoſtes carnifices ciuiũ. oppreſſione ſua ſbiectoꝝ vitam extiguũt Qui em̃ deſtruant multi ſũt rari ſũt aũt qui populus legũ moderamie regant. Plerũqꝫ iudices boni ſũt ſꝫ miſtros rapaces habent hoꝝ figura vt ait quidam tanqm̃ ſcilla pingitur atqꝫ deſcribitur. ipa quidam humana ſpecie. ſꝫ capitibꝰ caninis accincta ꝛ circũdata. non aliter quibuſdam poteſtatibꝰ accidit vt ipoꝝ humanitatẽ immanitas iniquoꝝ ſocioꝝ pturbꝫ. Sepe iudices praui cupidinis cauſa aut differũt aut puertũt iudicia. nec finiũt cepta negocia. quouſqꝫ marſupia eoꝝ qui cauſãtur exhauriant. Quando em̃ iudicant nõ cauſam ſꝫ dona conſiderant. et ſicut negligentes ſũt in diſcuſſiõe cauſaꝝ ſic in dãno eoꝝ ſollicite ſũt. Iudices praui iuxta ꝓphete verbũ q̃i lupi p̃dam veſpe nõ relinquũt in mane h̃ ẽ qđ de p̄ñtis vite tantũ comodis cogitant nõ de futuris. Vita em̃ iſta veſpeꝝ. futura vero mane accipit. Et bene ait quaſi lupi. qꝛ lupoꝝ more cũcta diripiũt. cum vix pauca paupibus derelinqunt.

¶ De verboſis ꝛ elatis iudicibus ¶ Cam. lvi.

VErboſi iudices cũ elati vt ſapiẽtes videant non diſcuciũt cauſas. ſed aſſerũt ſicqꝫ cõturbant iudiciĩ ordinẽ dũ non ſuo cõtenti officio aliena p̃ſumũt. Quidaꝫ em̃ dũ iudicare incipiũt iraſcũtur. ipamqꝫ iudiciĩ ſentenciã i inſaniam vertũt. De quibꝰ recte p ꝓphetam dicit. qui cõuertũt in furore iudiciũ. Qui em̃ iratus iudicat in furore iudiciũ mutat cũ ante ꝓfert ſentenciã qm̃ cognoſcat. Furor in iudice inueſtigacoꝫ veri nõ valet attingẽ. qꝛ mẽs eiꝰ turbata furore ab inueſtigacõe alienat iuſticie. Iracũdꝰ iudex iudiciĩ examẽ plene ꝯſiđare ñ valꝫ. qꝛ p caligĩe furoris ñ videt. Qui aũt repulſo furõe diſcutit faciliꝰ ad ꝯtiendã veritatẽ mẽtis ſeucitatẽ ꝯſurgꝫ cũ ſic fit vt ſiue vlla pturbacõe ad eq̃tatis itelligẽciã pueiat.

¶De iudicib⁹ q̄ accepcōe p̄ſonar̄ ꝛ cauſa amicor̄ ſb̄ūtūt iudi
NOn ē p̄ſona ī iudicio obſ̄uāda ſ; cauſa ¶Taū ¶Cam. lvij
ſic em̄ ſcriptū ē. Nō acipias p̄ſonā in iudicio. Et iter̄
nō miſerebeis paup̄is ī iudicio. Qui em̄ ꝯſāguitatis uel
amicicie fauore. ſiue ī inimiciciar̄ odio iudiciū p̄ūtūt ſine du-
bio ī xp̄m q̄ ē veritas et iuſticia peccare noſcūtur Iniq̄ iudices
errāt ī v̄itate ſentēcie dū intēdūt inq̄litatē p̄ſone. ꝛ exulcerāt
ſepe iuſtos dū improbe defēdūt iniq̄s. q̄ aūt recte p̄ſidē ſtudet
nec partē palpare nouit. nec cohibere a iuſticia didicit.
Vi rc̄e iudi ¶Quib⁹ reb⁹ ſubūtit̄ iudiciū ¶Cam. lviij.
Ocat ꝛ p̄miū inde remūeracōis expectat fraudē in deum
ꝯpetrat. q̄a iuſticiā quā gratis imptiri debuit accepci-
one pecunie vēdit. bonis male vtunt̄ q̄ iuſte ꝓ t̄pali lucro iu-
dicāt Tales q̄ppe ad v̄itatē n̄ iuſticie defēſio. ſ; amor pecūie ꝓ
uocat. Quib⁹ ſi ſpes nūmi ſb̄trahit̄ ꝯfeſtim a iuſticie defēſione
recedūt. Accepcio muner̄ p̄uaricacio v̄itatis ē. Vn̄ ꝛ ꝓ iuſto
dr̄. q̄ excutit man⁹ ſuas ab om̄i munē. iſte in excelſis h̄itabit.
Diues muneib⁹ cito corrūpit iudicē. paup̄ aūt dū nō hab; qd̄
offerat ſolū audiri ꝯtēnit̄. ſ; eciā ꝯtra v̄itatē obp̄mit̄. Cito vi
olat̄ auro iuſticia nullāq; reus p̄timeſcit culpā. q̄m redimē nū
mis exiſtimat Plus em̄ obtinet mētem cēſoris amor lucri. q̄m
eq̄tas iudicij. Tres ſūt muner̄ accepcōes q̄b⁹ ꝯtra iuſticiā hu
mana vanitas militat ideſt fauor amicicíar̄. adulacio laudis.
ꝛ corp̄alis accepc̄o muneis. Facilius p̄ūtit̄ anim⁹ rei corporee
munē q̄m gr̄e laudiſq; fauore. Quatuor mod̄ p̄uertit̄ hūanū iu
diciū. timore. cupiditate. odio. ꝛ amore. Timore dū metu po-
teſtatis alicui⁹ v̄itatē loq̄ paueſcim⁹. Cupiditate dū p̄mio mu
neris alicui⁹ corrūpim̄ Odio dū ꝯtra q̄mlib; adūſare molimur
Amore dū amico uel ꝓpinq̄s placere ꝯtendim⁹. Hiis em̄ q̄tuor
cauſis ſepe eq̄tas violat̄. ſepe innocēcia ledit̄ ¶De falſo teſte
ET ſi mēdaciū g̃tis dr̄. q̄nto magis ſi venle ¶Cam. lix.
q̄rat̄. Neq; em̄ deeit multiplex ꝯuēt⁹ falſor̄. ſi tm̄ p̄-
ſencia ſit nūmor̄. Teſtis falſidic⁹. trib⁹ ē p̄ſonis obno
xius. Primū d̄o q̄m p̄iurādo ꝯtēnit. ꝛ ſeq̄nter iudici q̄m mēciē
do fallit poſtremo innocenti quem falſo teſtimonio ledit.
Teſtibus falſis coniunctis tarde mendacij falſitas reperitur
Qui ſi ſeparati fuerint. examine iudicātis cito manifeſtātur.

Nam ſicut i vnitate ꝑuoꝝ grādis eſt fortitudo. ita i ſeparacōe maior infirmitas. Fraudulēcia cito repꝛhendit̄. cū mēdacium falſidicorū ſibi ꝯuenit vnum pene crimē habēt. et qui faſitatē promit. cū qui ſbꝑrimit veritatem. quia et ille obeſſe vult. cū iſte ꝓdeſſe nō vult. Peior eſt tamē teſtis qui ledit. quaꝫ qui preſtare nolit. Ni ille malign9 eſt. iſte inutilis. Iniqu9 teſtis quāuis ſua falſitate corpi reb9qꝫ officiat. anime tamen nichil oberit. immo maximū lucrū ꝯfert ſi impetit9 equanimiter tulerit. Erit autē ille apud deū cōdemnat9. q̄ adūſus innocētem falſū teſtimoniū vel dicit. vel dicētibꝫ credit Nam non ſolum ille reus eſt qui falſū de alio ꝓfert. ſed et is qui cito aurem criminibꝫ prebꝫ. Qui metu poteſtatis veritatem occultat. eiuſdē veritatis iracūdiā ſibi celitus ꝓuocat. quia pl9 ꝑtimeſcit hominem quam diuinam trepidet indignacionem. Beatus cuius teſtimonio innocens a ſcelere obiecto purgat̄. impius cuius ꝓdicione eciam iniquus perimit̄. Neqꝫ eni decet xpianū mortī obnoxiū prodere. et ad effundendū ſāguinem infeliciū vocem teſtificacionis ꝑbere. Sermo enī iuſti hominis tātū ad miniſterium debet eſſe ſalutis. ira vero indignaciōis ⁊ tribulaciōis et inmiſſionis ꝑ angelos malos ¶ De cauſidicis ¶ Ca^m. lx.

Negocioꝝ foreſiū ſectatores ꝓpt ꝓximi dileccionū ſeculare negociū deſerē debēt. aut certe manēte ꝓximi caritate negocium ſequat̄ terēnum. Sed quia ꝑ rarū eſt vt inter iurgātes caritas maneat. poſt ponēda eſt rei cauſacio. vt pſeueret dileccione. Aut qui forēſem eloquēciā caninam facūdiam nūcupabant. eoqꝫ cauſidici in certaminibꝫ cauſaꝝ omiſſis agebāt veluti canes alterutrū ſe lacerāt. iurgiaqꝫ cauſaꝝ ad iniurias ſuas cōmutāt ¶ De oppſſoribꝫ pauperum

Pauperꝝ oppſſores tūc ſe ſciant grauiori ¶ Ca^m. lxi. dignos ſentencia. qn̄ ꝑualuerint hiis quibꝫ nocere voluerūt. Nam tāto atrocius futūo ſupplicio cōdemnādi ſūt. quāto hic forcius cōtra miſeroꝝ vita inualuerūt. Audiant iudices et q̄ preſūt populis. qꝫ et ꝓ tpalibꝫ moleſtiis q̄s plebibꝫ ingerūt eterno incendio cremabūtur. Teſtante dn̄o per. Yſa. ꝓphetā. Irat9 inq̄t ſū ſuper populū meū. et dedi eoſ in manu tua. nō poſuiſti eis miſericordiam. ſꝫ aggrauaſti iugū eoꝝ valde. Deſcēde ſede i puluere ⁊ tace. ⁊ intra in tenebras.

Veniet ſup te malū ⁊ neſcies ortū ei9 · ⁊ irruet ſuper te calami
tas quā nō poteris expiare · veniet ſup te repēte miſeria quā ne
ſcis. Magis mala faciētib9 q̄m male paciētib9 dolere debem9.
Illi eīm ꝑua faciēdo in malū ꝓficiūt · iſti paciēdo a malo corri-
gunt̄. De9 aūt ꝑ malas volūtates alioꝝ in aliis multa opat̄ bo
na. Malignanciū hoīm volūtas nequaq̄ poteſt impleri · niſi de9
dederit poteſtatē. Nā dū hoīes deo ꝑmittēte malū qd̄ cōcupi-
ſcūt ꝑficiūt · ipē dicit̄ facere q̄ ꝑmittit. Inde ē qd̄ ſcriptū eſt
per ꝓphetā. Si erit malū qd̄ dn̄s non fecit. Verūptamē qd̄ in
iqui mala ex voluntate querūt idcirco de9 ꝑficiēdi dedit po-
teſtatē per ſuā bonam voluntatē q̄a de noſtro malo ipē mul-
ta bona opatur. Quidam cū dei volūtati reſiſtūt · neſcientes
conſilium dei faciūt · quo nouerint ſic deo ſubiecta eē omnia.
ut ipi q̄ eius diſpoſicioni adūſantur ei9 impleāt voluntatem.
Propterea in hac vita boni iudicātur a malis · ut iteꝝ in illa
vita mali iudicētur a bonis · ſiue ut eciā ſit hic bonis tēpora-
lis afflictio ut et illic eterna remuneracio. Idcirco ſunt ne-
ceſſarii mali · ut quociens boni offēdūt flagellentur ab illis.
Hinc eſt quod aſſur virgā furoris ſui teſtat̄ dn̄s. Sed quociēs
ita fit de dei indignacione procedit · ut de9 ꝑ illos in eos ſeui
at quos flagellando emendare deſiderat. Sed ille iuſtiſſima
volūtate illi vero ſepe crudeli intēcione · ſicut ꝑ ꝓphaꝫ de eodē
aſſur dicit̄. Ipē aūt nō ſic arbitrat̄ ſꝫ ad cōterēdū paratū ei9
eſt cor. Atrocem ſup eos diuinū furorē ventuꝝ q̄ exiſtūt pſe-
cutores et violēti fidelib9. Conſolando eīm per ꝓphetam deus
ſuos ita iudicare ꝑmittit adūſus eos inq̄t q̄ iudicauerūt ego
te iudicabo et cibabo hoſtes tuos carnib9 tuis et q̄i a muſto
ſanguine ſuo inebriabunt̄. Habet aliqn̄do vſū ⁊ maloꝝ iniqui-
tas hoc ē qd̄ electos dei ſuis morib9 laniat · ac ꝑ hoc vita im-
pioꝝ ſibi deperit · iuſtoꝝ aūt nō perit ſꝫ ꝓficit dū eos mali ꝑtri-
bulacōis exerciciū ad pn̄tem odiendā vitā ⁊ futurā deſiderā-
dā erudiūt. Interdū eīm ꝓdeſt pūſoꝝ ꝑuitas vtilitati iuſtoꝝ
dum eos malicia ſua erudiūt · ⁊ ad regna celoꝝ reqrēda mole
ſtia tpali impellūt Probat̄ h̄ exemplis iſrahelitice plebis · que
tunc durius agebat̄ in egipto · qn̄do oportebat eā per moyſen
ad terrā promiſſionis vocari ut ex malis que in egipto paciē-
batur diſcederent et ad promiſſam patriam feſtinarent.

Iniqui dū ꝯſtātiā iuſtoꝝ in pſecucionibꝰ ſuis aſpiciūt· mentis cōfuſione tabeſcūt. Et dū adūſa oſtēdūt nec vincūt tādem de ſue puſitatis inſania ꝯfūdunt. Stulti ꝯtra bonos ſtudiū ſemp aſſumūt quibꝰ dū pſperitas elucet iactāter de ſuis meitis gloriant̃ ⁊ bonoꝝ atq̄ iuſtoꝝ afflicacionibꝰ detrahūt· dūq̄ eis aduerſa ꝯtigerint mox ad blaſphemiā puſillaminitate animi cōuertunt. Quidā ſimpliciū neſciētes diſpenſacōez dei in maloꝝ pfectibꝰ ſcādalizant̃ dicētes iuxta pphaꝫ. Quare via impioꝝ pſperatur. Bene ē omibꝰ q̄ puaricantur et iniq̄ agūt. Quia ḡ hoc dicūt nō miretur q̄ puoꝝ hominū tpalem ⁊ caducā felicitatē aſpiciūt ſ; magis nouiſſima eoꝝ intēdūt· quāta illis poſt hec eterna ſupplicia pparētur· dicēte ppha. Ducūt in bonis dies ſuos et ſubito ad inferna deſcendunt

De tribulacione iuſtorum Capitulum·lxii·

Iuſtus in adūſis probari ſe cognoſcat nō deici Viri ſācti plus formidāt pſpa quā adūſa· q̄a dei ſuos pſpera deiciūt· aduerſa erudiūt. ideoq̄ ſancti viri ꝯſtācia ita portare debēt aduerſa ut frāgi nō q̄ant. Tūc magis ſūt dei oculi ſup iuſtos· qn̄ eos affligi ab iniq̄s puidēcia ſupna pmittit. Nam tūc eis gaudia diſponūtur eterna qn̄ pn̄ti tribulacione pbātur. Omēs vite huius tribulacōes aquis cōparātur ptereūtibꝰ· pp̄terea q̄a ſi q̄d in hac vita tribulacōis acciderit· non ſtat ſ; celeriter tranſit. Qui vite future pmia diligēter excogitat. Mala omīa vite pſentis equanimiter portat qm̄ ex illiꝰ dulcedine huiꝰ amaritudinē tpat et ex eternitate illiꝰ breuitatē huiꝰ deſpiciat tn̄ſitoriā. Grauati diūſo malo tpali p vtilitate eoꝝ ē q̄d vite iſtiꝰ mala pferūt· q̄a cū dolore grauātur cupiditatis et luxurie ceteroꝝq̄ mala vicioꝝ nō appetūt. Plus pdeſſe ſaluti tēptaciones ſeculi q̄m pſperitates· Nam ex pſperitate in deteriꝰ itur ex tēptacōis dolore i meliꝰ pficit̃. Vnuſquiſq̄ ad tēptacionē aīm pparare deb;. Miniꝰ em̄ dū ſperat̃ tēptacio ḡuat· dure aūt pmit ſi nō ſperata aduenerit. Sapiētis ē ꝯtra omīa adūſa ante meditari· nec inueniri caſus deb; quē nō ꝯſilia eiꝰ pueniant.

De mundi amatoribus Capitulum·lxiii·

Mundi amatores nō ſolū ex eo rei ſūt q̄ infima p ſummis appetūt· veꝝ eciā et miſeri p hoc q̄ graui erumna ad ipa deſiderata ptingūt. Grauius torquet̃ impius

mūdi exaggerādo cōmoda. quā iuſt9 tolerādo adūſa. Qui eñ bona mundi diligit. velit nō velit timoris ⁊ doloris pene ſuccū bit. Quiqꝫ pluſqꝫ oportet res trāſitorias diligūt. maiorē ſibi ingerūt dolorē rei ablate qm amorem pturiebāt poſſeſſe. Cū graui eñ dolore amittūtur. q cū magno amore hn̄tur. Minus aūt carēdo dolem9 q minus poſſidēdo diligim9. Sciant ſeculi lucra ſectātes qn̄tū ſint vana vel adūſa q diligūt q eciā nec in hoc ſeculo ſine cōtricōe graui ꝯquirūtur et ꝓquib9 in futuro ſupplicio penas dabūt. Dn̄s q inuolūtate deſideriorꝫ ſeculariū perſiſtunt bene teſtimonium. Oſee prophete dicit. Fact9 eſt effraim panis ſubcinericius. qui non reuerſatur ideſt ita obru unt̄ cecitate ſecularis amoris ut nūqꝫ reſipiſcant ad deū amo rem retorquere mentis. Multis mortuus eſt mundus. ipſi ta men viciſſim mundo mortui non ſunt. Bona eñ ſeculi diligūt et tamen ipſa que diligunt minime conſequuntur. In vtroqꝫ vacui. qa ⁊ futura pdūt ⁊ pn̄cia nō acqrūt Egeſtas ē electorꝫ qd pegrinant̄ a bonis ſempiternis. ⁊ in h̄ exilio diucius remo rant̄. Egeſtas ē reproborꝫ qd abundāt vicñs ⁊ v̄tutib9 vacuā tur ſe qꝫ eē inopes neſciūt. Qd ꝓbatur p apocalipſim iohānis q ꝯtra hui9 mūdi amatores ſic ait. Dicis qꝫ diues ſum et lo cuples et nulli9 egeo et neſcis qa tu es miſer et miſerabilis et pauper et cecus ⁊ nudus. Appetitū glorie tpalis ſequaces ⁊ ſi nitidi ſunt foris fulgore potēcie interius tamē vacui ſunt ela cione ſuperbie. Sicuti calami exterius quidē nitent ſed inte rius vacuātur et ob hoc reprobi exteri9 ut calam9 nititi inte rius vacui. Electi vero exterius quaſi arborꝫ cortices fedi. in terius vero ſolidi. Qui pciōſo cultu incedunt audiant ꝓphe tā queadmodū deteſtat̄ eorꝫ corpalia et ornamēta. et qs ſuc ceſſus habeat cultus ſecularis cōpoſit9 et ornamēta h̄ eſt pro ſuaui odore fetorē et ꝓ zona funiculū. Et cetera legāt ꝓphaꝫ. diuites quorꝫ ſpes opulēcia eſt. ⁊ audiāt eū dicentē. Ve q o pulenti eſtis. Quanto eñ quiſqꝫ potēcia minor ē tātomagis li ber a peccato eſt. Nam patrimoniū grande grandis tempta cio eſt. Plus venerātur nōnulli hoīes in hoc ſeculo pro tē porali potencia. qm pro reuerencia ſanctitatis. Suſcipiunt eñ qꝫ magis ſunt diuites et qꝫ hoīes ſunt omnino deſpiciunt. Sicut quidam iuſti. qui ſine leſione cuiuſqꝫ ſuis rebus vtunt̄.

Sunt quidã diuites humiles · quos nõ inflat ſupbia rex veluti plerique fuerũt ſãcti veteris teſtamẽti · q̃ et affluebãt diuiciis et tñ hũilitate pollebãt. Ac ↄtra q̃ſdã ſupbos diuites rex copia facit elatos quorum nõ ſũt opes ĩ vicio ſꝫ voluntas. Nã crimen in rebꝰ non ẽ ſꝫ in vſu agentis. Eſt elacio pauperum quos nec diuicie eleuãt et volũtas ſola in eis ſupba eſt. Nõñs et ſi opes deſũt ꝓpter mẽtis tñ tumorẽ. pluſq̃ ſupbi diuites ↄdemnãtur. Securus vult eẽ diues paup eẽ nõ vult. Sed quõ erit diues q̃etꝰ quẽ ſuis ſtimulis res ĩpe ne careãtur ſemp faciũt inq̃etum. Et ideo elegit cupiditas inq̃etũ et timidũ diuitẽ quã ſecurum. Pauco ſumptu ↄtẽtum eẽ et pauperẽ. Bonis bene vtunt̃ q̃ diuicias ſibi ↄceſſas in rebꝰ ſalutaribꝰ pfruunt̃. Bonis male vtunt̃ · q̃ aut iuſte ꝓ tpali lucro iudicãt · aut aliq̃d boni ꝓ vane glorie appetitu faciũt. Malis male vtunt̃ q̃ noxias cogitacões operibꝰ p̃uis pficiũt. Bene malis vtunt̃ q̃ luxuriã carnis ↄiugali honeſtate reſtringũt. Sed ſicut malo bene vti bonũ eſt · ſic bono bñ vti meliꝰ ẽ. Et ſicut bono male uti malũ eſt ſic malo male uti peſſimũ eſt

¶ De diuiciis et elemoſina ¶ Caᵐ · lxiiii ·

Grauiter in deũ delinquũt · q̃ diuicias a deo ↄceſſas non in rebꝰ ſalutaribꝰ ſꝫ in vſibꝰ p̃uis vtunt̃. Neſciũt eñi impartire paupibꝰ obp̃ſſis ſubuenire deſpiciũt et inde magis augẽt delicta · vñ redimẽ debuerũt. Hoc habet tñ bonũ poſſeſſio pñciũ rex ſi vitã reficiat miſerorum. Preter hoc tẽptacio ẽ mũdi lucrum tãtoq̃ maiora ſupplicia ĩ futurum dabũt · q̃nto et ĩpa maiora ſũt. Potẽtes eñi potẽter tormẽta paciũt̃. Terrena oĩa ſuãdo amittimꝰ largiẽdo ſuamꝰ. Primoniũ eñi retẽtũ pit manꝫ aũt erogatũ · diu eñi cũ rebꝰ nr̃is durare nõ poſſumꝰ · q̃a aut nos illas moriẽdo deſerimꝰ aũt ille nos viuẽtes deſerũt. Pro diũſitate vſus aliĩ de rebꝰ mũdãis peũt q̃s cupidiꝰ rapiũt aliĩ vero ſaluant̃ dũ in eorum pulchritudĩe ↄditoris pulcherimã ꝓuidenciã laudãtes mirant̃ vel dũ ꝓ miſericordie opibꝰ ex eis celeſtia bona mercãtur. Miſericordia et cõpaciẽdo aliene miſerie vocabulũ ſortita ẽ. Nullꝰ aũt ĩ aliẽo miſericors eẽ poteſt q̃ p̃ue viuẽdo ĩ ſe miſericors nõ ẽ. Qui eñi ſibi nequã ẽ · cui bonꝰ eſt Nulla ſcelera elemoſinis redimere poteſt · ſi in pctis quiſq̃ remãſerit. Tũc aũt cũ fructu elemoſinarum indulgẽciã ↄſequit̃ q̃ñ ab ſcelerum ope deſinit̃. Verum ẽ q̃ peccata oĩa miſericordie

operibꝫ expurgatur ſꝫ iam caueat peccare q̄ miſericordiã impẽ
titur. Ceterũ nulla ē delicti venia qñ ſic pcedit miſericordia ut
eã ſequãtur pctã. Non eſt elemoſina q̄ glorie magis cauſa q̄m
miſericordie impẽdit̃ intuitu. Quali em̃ intẽcione ab vnoquoqꝫ
largit̃ taliter ⁊ apud deũ recipit̃. Qui g̃ hic de bono laudem
pñtem appetit ſpem pdit et gloriã mercedis in futuro nõ reci
pit. Dũ em̃ cauſa iactãcie paupꝫ paſcit̃. eciã ipm miſericordie o
pus in pctm ↄũtit. In tm̃ elemoſinarũ opera pctã extingũt.
atqꝫ in tm̃ ad regnũ ſeculi futuri pficiũt ut eciã iudex celeſtis
in futuro iudicio veniẽs i dexterã ↄſiſtẽtibꝫ dicat. Eſuriui et
dediſti michi mãducare. Sitiui ⁊ dediſtis michi bibere. hoſpes
erã ⁊ collegiſtis me. Nudꝰ erã ⁊ cooperuiſtis me. Quibꝫ bene
eciã pmittit dicẽs. Venite bñdicti patris mei. percipite ꝑpa
ratũ vobis regnũ. Hiis aũt q̄s nulla p̄cedencia elemoſinarũ fa
cta ſequunt̃ eterni iudicis voce ſic dr̃. Eſuriui em̃ ⁊ nõ dedi
ſtis michi mãducare. Sitiui ⁊ nõ dediſtis michi bibere. Qui
bus iuſte dr̃. Diſcedite a me maledicti ite in ignẽ eternũ q̄ pa
ratꝰ ē diabolo et angelis eiꝰ. Qui hic miſericordiã nõ impẽdit
illic pietatis fructũ nõ inuenit. Exemplo ardẽtis diuitis q̄ in
inferno ad tenuiſſima petẽda pulſus ē q̄ hec tenuiſſima negã
da ſtuduit. Quid retribui ſubtilius q̄d diſtrictius petere po
terat. Guttã aque ardẽs pecijt q̄ micas panis negauit. Sero
diues oculos aperuit quãdo lazarũ pauperẽ requieſcẽtẽ vidit. q̄m
iacẽtem ante ianuas videre deſpexit. Non ſolũ qui eſurientẽ et
ſicienti et nudo beneficium largitatis impendit uel ſi quid ali
ud indigẽti largitur ſed ⁊ qui inimicũ diligit ⁊ q̄ lugẽti aff e
ctum cõpaſſionis ⁊ ↄſolacionis impertit. aut in quibuſlibet ne
ceſſitatibus cõſilium adhibet. elemoſinã proculdubio facit.
Nam et doctrine bonum elemoſina eſt. et miſericordia carna
li eminencior eſt. Quecunqꝫ egens poſcit eciam ſi indigentem
ſe ſimulet ex toto corde illi comiſerandum oportet. Et licet
ille fortaſſe falſam indigentis ſpeciem preferat. is tamen qui
ſimpliciter impertit fructum miſericordie non amittit. Quã
uis quiſqꝫ ſit egens nullꝰ tñ nude tribuat indigenti excuſaci
onẽ inopie poteſt p̄tendere qñ ex p̄cepto ſaluatoris eciã cali
cẽ aque frigide p̄cipimur indigẽti p̄bere. Nã ſi aliud nõ habẽ
tes idipm benigne tribuamꝰ mercedẽ pculdbio nõ amittimꝰ.

Ceterum ſi amplius poſſumus et egeſtatē ſimulādo minus largimur non egentē ſʒ deū fallimus cui cōſciēciā nr̄az abſcōdē nō poſſumus. Due ſūt elemoſine vna corpalis egēti dare quicqd poteris. Altera ſpiritualis dimittē a quo leſus extiteris Harum prima adhibēda eſt miſeris ſecūda malis. Erit g͛ ꝙ ſemp impcias ꝛ ſi non pecuniā. ſaltem uel graz. Non eſt elemoſina cū murmuracione pbenda. ne comitante triſticia merces pereat diſpenſata. Tūc aūt bene tribuitur quādo cū mentis alacritate prebetur. Vnde et apoſtolus hilarem inquit datorem diligit deus. Metuendum eſt itaqꝫ ne paup aut cū tedio noſtra oblata ſuſcipiat. aut ne omnino ptermiſſis merēs triſtiſqꝫ recedat. De rapinis alienis elemoſinā facē nō eſt officiū miſeracionis ſed emolimētum magnū ſceleris. Vn̄ ꝛ ſalomon. Qui offert inqt ſacrificiū de rapina pauperum. tāqꝫ ſi quis victimet filiū in conſpectu patris ſui. Qui enī iniuſte tollit iuſte nūqꝫ diſtribuet. nec bene alteri pbet qd ab alio male extorquet. Magnū ſcelus eſt. res pauperū pſtare diuitibus. ꝛ de ſumptibus inopū acquirē fauores potentū. arentis terre aquā tollere ꝛ flumina q̄ nō indigēt irrigare. Nōnūqꝫ largitas diuitū prodiga nō ad vtilitatem ſʒ ad elacionē effūditur cōparati ypocritis q̄ nō ad edificacionē docēt audiēciū ſed ad ſue glorie ex aggerādū coturnū Reprehēſibilis eſt ſupflua effuſio largitatis. Nam q̄ modum fuat auarus nulli eſt. ſed omībus largus eſt. Diſpēſator nō debʒ eē pdigus. ſʒ diſcretus largiri enī debet q̄ntū oportet. ut tenēdo mēſuram in vno ſufficiat pluribus

¶ Quod tm̄ in vita ē licitū opari bonum ¶ Cam. lxv.

TAntum in hac vita eſt licitum operari bonū. illic nāqꝫ non iam opacio expectat̄ ſʒ retribucio meritorum. Hec vita impiis longa ꝛ grata eſt in oculis aūt iuſtorum amara ꝛ breuis. Et licʒ vita iſta breuis ſit moras tn̄ ſibi fieri ēdit ꝙ q̄ntolibʒ breuis ſit tempis ſpaciū tn̄ et ſi viuēti parū eſt amanti pculdubio longū eſt. Qui vite pn̄tis longitudinē non de ſuo ſpacio ſʒ de eius fine ꝯſiderat q̄m ſit breuis ꝛ miſera ſatis vtiliter penſat. Vita enī pn̄s q̄a ipis ſuis incrementis deficit breuis eſt. Suo enī augmento perit dū id qd videt̄ in futuro proficere in pterito deficit. Itē ex ipo breuis eē vita oſtēdit̄. ex quo nō pmanʒ ſʒ finit̄. Tela enī cōſumat̄ filis. et vita hominis

explet diebꝰ singulis. Qđ diu in hac vita viuit̄. q̄ritur vtꝝ au-
gmētū an rectius detrimētū vocet̄. Sed quō possit recte au-
gmētū dici. qđ p dimēsiones etatū ad mortis tēdit detrimē-
tum. Qui vitā longā queris ad eā tende vitā ꝓ qua xp̄ianus
es idest eternā. nō ad istā de qua eruendū te descēdit vita e-
terna idest xp̄us verbū carni coiūctū. Hec ē vita vitalis. nam
ista mortalis est. Mori oportet hominē in carne mūdo. ne mo-
riat̄ in anima xp̄o. Nam vere tūc viuē quisq̄ credit̄ si scđm se-
culū moriens in solo deo viuē delectet̄. De mora vite isti9 te-
dium patit̄ iustus eo q̄ ad desideratā patriā tarde ꝑueniat et
vite p̄ntis erumnam segni9 amittat

De metu mortis Ca^m. lxvi.

Quamuis sancti huius vite erumnis liberari se cupiāt
cito volentes exire de corpore dei tamen disposicōne
plerumq̄ diu in hac vita versantur. ut per longa tole
rancie experimēta solidius eoꝝ paciēcia roboretur. Multi vi
tam odio habent et tamen mori timent qđ plerisq̄ in angu-
stia cōtingere solet. sic q̄ cōtrario affectu et viuēdi habent
tediū. et moriendi metum. Sollicite debet vnusquisq̄ viuere
et semp terminū vite sue considerare. ut de cōtemplacione il-
lius hui9 seculi blandicias caueat. Scriptum ē eīn in omnibꝰ
operibꝰ tuis memorare nouissima tua. et ineternū nō peccabis
Venturi exit9 ignorācia incerta est. Et dum quisq̄ mori non
existimat extollit̄. Vnde vnusquisq̄ festinet. ne in iniq̄tatibus
suis rapiat̄ simulq̄ finiat̄ vita cū culpa. Nā incautos diabolus
eos q̄s viuētes accēdit ad vicia sbito moriētes ꝑtrahē nitit̄
ad tormēta. Sepe diuites ī hac fallaci vita dū de potēcie glo-
ria uel reꝝ abūdācia gestiunt ab hijs repēte hora q̄ nesciūt in
ꝓuiso exitu rapiūtur. atq̄ absorbēte ꝓfūdo cruciandi eternis
gehēne incēdijs deputant̄. De quibꝰ bñ p ꝓpham dr̄. Ducūt in
bonis dies suos. ⁊ in pūcto ad inferna descēdūt Iniquus mo-
riens q̄ imitacione sua ad culpā multos traxerat delectacōne
peccati. multos a culpa reuocat terrore tormēti Quod eciam
psalmista testat̄ dicēs letabitur iustus cū viderit vindictā im
piorum. manus suas lauabit in sanguine peccatorum. In pec-
catorum eīn morienciū sanguine iusti lauantur manus. quia
dum eorum pena conspicitur conspicientis vita mundatur.

Cuius eim̄ tam crudelis exitus cernit̄ nō ſolum qui viderit re-
fugit · ſed alios eciā ab imitacione illius quanta valuerit ex-
hortacione cōpeſcit. In exitu vite anime electoꝝ nimio metu
terrentur · incerti vtrū ad premiū an ad ſuppliciū trāſeāt. Qui
dam aūt electi in fine ſuo purgātur a leuibꝫ quibuſdam pec-
catis · quidā vero in ipo exitu ſuo hilareſcūt ex eternoꝝ ꝯtem-
placōe bonorū Quāuis eim̄ quiſqꝫ in hac vita ſit iuſtus · tam̄ dū
de corpe iſto egreditur ꝑtimeſcit ne dign9 ſupplicio ſit Nul-
lus ē eim̄ hō abſqꝫ pcc̄o nec quiſqꝫ poteſt de dei ſecur9 eſſe iudi
cio. cū eciā ꝛ de ocioſis vbis reddēda ſit racio · Finē iuſtoꝝ o-
ptimū vocacio tranqlla cōmēdat ut ex eo intelligant̄ ſāctoꝝ
hr̄e ꝯſorciū angelorū ex quo ab h̄ corpe ſine vexacōe dura tol-
lunt̄ Prauos aūt a poteſtate angeli excipiūt morientes vt eis
ſint ipi tortores in penis qui fuerūt ſuaſores in vicijs · et ſi pie
tas pro defunctis fidelibꝫ flere iubeat fides tam̄ pro eis lugere
vetat · Illi eim̄ deplorandi ſunt in mortē quos miſeros infern9
ex hac vita recepit · nō qs celeſtis aula xp̄i letificandos inclu-
dit · Hec eſt eim̄ xp̄iane miſeracionis affect9 vt pro vnoquoqꝫ
mortuo ſacrificiū deo offerat̄ · Inde eſt qd̄ ſcriptū eſt · Et mor
tuo ne fraudes miſericordiam

De ſummo bono Iſidori hiſpalenſis epiſcopi Liber finit
feliciter Nurenberge ꝛc̄

Incipiũt tituli libri primi
i Quod deus ſūm⁹ ⁊ incōmutabilis ſit
ii Quod immenſus et om̄ipotēs ſit deus.
iii Qđ inuiſibilis ſit dˢ
iiii Quod ex creature pulchritudīne cognoſcitur creator
v Quod ex vſu noſtro q̄dam ſpecies ad deum referantor
vi Qđ ex rer̄ inferior̄ ſim̄itudīe ⁊ hūanis motib⁹ figurat̄ de⁹
vii Nō ſcđm eſſenciā ſȝ ſcđm ſim̄itudīnē ſpecies referunt̄ ad dm̄ ſȝ p efficiēcīs cauſar̄ rerū ſpecies in ipo deſcribuntur
viii Qđ do nulla tēpor̄ ſucceſſio aſcribitur
ix De temporibus.
x De mundo
xi Unde malum
xii De angelis
xiii De homine
xiiii De aia ceteriſq; ſēſib⁹
xv De ſenſib⁹ carnis
xvi De xp̄o filio dei
xvii De ſpiritu ſancto
xviii De lege
xix De eccleſia ⁊ here-
xx De hereticis ſibus
xxi De gētilib⁹ philoſo
xxii De differēcia phis
teſtamentorum
xxiii De ſimbolo ⁊ orōne
xxiiii De baptiſ° ⁊ cōmu
xxv De ſeptē regul̄ nīoe
xxvi De martirio
xxvii De ſāctor̄ miracul̄
xxviii De anticriſto et ſignis eius
xxix De reſurrectione
xxx De Iudicio
xxxi De gehenna
xxxii De penis impior̄
xxxiii De gloria ſanctorū

Incipiũt tituli ſcđi libri
i e ſapiencia
ii De fide
iii De Karitate
iiii De ſpe
v De gracia
vi De pdeſtinacione
vii De conuerſis
viii De pmordīs ↄūſor̄
ix De ↄflictu ↄuerſorū
x De remiſſa ↄūſione
xi De exēplis ſāctorū
xii De ↄpūctōe cordis
xiii De ↄfeſſione peccatorum et penitencia
xiiii De deſperacione peccancium
xv De hiis qui a deo deſeruntur
xvi De hiis q̄ ad delictū poſt lacrīmas reūtū-
xvii De peccato tur
xviii De leuioribus pcc̄is
xix De grauioribus pcc̄is

xx De manifeſtis occultiſq; peccatis
xxi De pcti amore
xxii De pcti neceſſitate
xxiii De pcti ↄſuetudīe
xxiiii De pcti recordacōe
xxv De cogitacione
xxvi De conſciencia
xxvii De intēcōe mētis
xxviii De ſenſib9 carnis
xxix De ſermone
xxx De mendacio
xxxi De iuramento
xxxii De viciis.
xxxiii Qd ex viciis vicia ex virtutibus virtutes oriantur
xxxiiii De male vſis v̄tutib9
xxxv De ſilatis v̄tutib9.
xxxvi De appetitu v̄tutū
xxxvii De pugna virtutū aduerſus vicia
xxxviii. De ſuperbia
xxxix De fornicacione
xl De continencia
xli De cupiditate
xlii De gula
xliii De ebrietate
xliiii De abſtinencia

Incipiūt tituli tercii libri.

i De flagellis dei
ii de gemīa pcuſſiōe di
iii de infirmitate carniſ
iiii De tollerancia diuine correctionis
v de tēptacōib3 diab.
vi De tēptacōib9 ſom-
vii De orōne niorum
viii De lectione
ix de aſſiduitate legēdi
x De doctrina ſm gra
xi De ſupbis lectorib9
xii De carnalib9 lectorib9 et hereticis
xiii De libris gētilium
xiiii De collacione
xv De cōtemplacione et actione
xvi De ↄtēptorib9 mūdi
xvii De ſcis q ſe a cōſorcio ſeculi ſeperant
xviii De pceptis a lectorib9 monachorum.
xix De tpe monachoꝝ.
xx De hūilitate monachi vel opere
xxi De monchiſ q curiſ ſeculi occupātur
xxii De hiis q a do mūdi amore ꝓpediuntur
xxiii De iactancia
xxiiii De ypocriſi
xxv De inuidia
xxvi De ſimulacione
xxvii De odio
xxviii De dilectione
xxix De fictis amiciciis
xxx De amicicia munere orta
xxxi De maloꝝ ↄcordia.
xxxii De correpcōe frna
xxxiii De ꝓpoſitis eccleſie
xxxiiii De indigniſ ꝓpoſitiſ
xxxv De indoctis ꝓpoſitiſ

xxxvi De doctrina ⁊ exem
plis p̄poſitorum
xxxvii De bonis q̄ bn̄ docēt
et male viuunt
xxxviii De exemplis prauo
rum ſacerdotum
xxxix de p̄poſitis carnalib9
xl de iracūdis doctorib9
xli De ſupbis doctorib9
xlii De humilitate pre
poſitorum
xliii de doctrīe diſcrecōe
xliiii De ſilēcio doctoꝝ
xlv de pbēda ſacerdota
li ꝑtectōe in plebe
xlvi De diſciplina ſacer
xlvii De ſbditis dotis.
xlviii De prelatis
xlix De iuſticia pn̄cipū
l De paciēcia pn̄cipū
li De electis pn̄cipū
ſine exemplis
lii Principes legibus
teneantur
liii De diſciplina princi
pum in eccleſia
liiii De Iudicibus
lv De p̄uis iudicibus.
lvi De iracūdis et ver-
boſis iudicibus
lvii De iudicib9 q̄ accep
cione pſonaꝝ ⁊ cau
ſa amicoꝝ ſbūtūt iu
lviii Quib9 reb9 diciū.
ſubūtit̄ iudicium
lix De falſo teſte
lx De negociatoribus
lxi de oppſſorib9 paupeꝝ
lxii De t̄bulacōe iuſtoꝝ
lxiii De mūdi amatorib9
lxiiii de diuiciis ⁊ elemoſi
lxv Qz tm̄ ſit ī vita na
licitū opari bonū
lxvi De metu mortis

K. K. UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK IN WIEN

xxxvi De [illegible]
[illegible]
xxxvii De [illegible]
et malis [illegible]
xxxviii De exemplis [illegible]
rum [illegible]
xxxix De [illegible]
xl De [illegible]
xli De [illegible]
xlii De [illegible]
[illegible]
xliii De [illegible]
xliiii De filiis [illegible]
xlv De [illegible]
[illegible]
xlvi [illegible]
xlvii [illegible]
xlviii De [illegible]
xlix De [illegible]
l De [illegible]
li De [illegible]
[illegible] exemplis

[illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible] De [illegible]
[illegible]
[illegible] De [illegible]
[illegible] De [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible] De falso teste
[illegible] De negociatoribus
[illegible] [illegible]
[illegible] De [illegible]
[illegible] De [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] De [illegible]
[illegible]
[illegible] De [illegible]